

Urbs.

\* DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

URBS, Græcè *ἄρις*, Hebraicè *Hir*, quod cognationem habet cum verbo *Hor*, excitavit. Hinc Græcum *ἄρις*, custodia. Urbs autem Urbo, seu uruo, hoc est aratri curvatura nomen invenit. Fuit enim prima descriptio civitatis, seu habitacionum faciendarum, per aratri sulcum facta, & urbare est, aratro definire.

VARUS ait, curvum appellari curvaturam aratri, quod in urbe condenda adhiberi solet, ut refert Pomponius Jursicon, in l. pupillus 239. §. *Orbes de verb. signific.*

Ad stipulatur Terent. Varro l. 4. de lingua Latina, Urbum, esse flexum in aratro. Et paulo post: Oppida, quæ prius erant circumducta aratro, ab arbo, & urbe, urbes. Et ideo coloniz nostræ, urbes in literis antiquis scribuntur, quod item condita, ut Roma, & antea ædificia nominata à parte, ut multa; ab ædibus & faciendis. Maximum ædificium est oppidum ab ope dictum, quod munitur opis causa, ubi sint, & quod opus est ad vitam gerendam, ubi habitent tunc: vel oppida, quod opere munitur: moenia, qui munitus essent. Quod exaggerabant aggeres dicti, & quod aggerem continerent murus, quod muniti causa manu parabat, quo sepiebant oppidum, è quo munere, murus. Ita Varro, qui plura addit circa originem ipsarum urbium.

Hoc tamen inter oppida, & urbes olim intererat. quod oppida non essent solemiter aratro cincta, & quando cincta sunt, dicta sunt urbes. Tunc tamen erat locus oppidi, quam villam, in quam vehabantur fructus, quasi vexilla.

Et videtur oppidum ex pluribus ædificiis constitisse, sed non muro cinctis. Oppidum, inquit Jursicon, in l. pupillus 5. *Oppidum, de verb. signific.* ab ope dicitur, quod ejus causa moenia sint constituta.

Et ut Varro, ubi sit, quod opis sit ad vitam gerendam, ubi qui debebant tunc, opere locum munitur.

Oppidum dictum est, quod opem præbet, vel, quod ibi opes suas conferunt. Festus.

Idcirco verò variè de eorum differt: Oppidum quidam ab oppositione murorum dixerunt: alii ab opibus reconcedendis, eo quod sit munitionis: alii, quod sit in eo conventus habitantium, & opem det mutuum contra hostes. Nam primum homines tanquam nudi, & inermes, nec contra belluas prædicia habebant: nec receptacula fugitivis, & caloribus, nec ipsi inter se homines ab hominibus satis erant tuti.

Cicero tamen in *fragm. l. 1. de Republica*, docere videtur oppidum, ut urbem fuisse munitionibus septum, & delubris ornatum. Sic enim refert ex eo Nonius Marcellus: Inter civitates, & urbem hoc interest: Urbs est ædificia, civitas incolæ quasi civium unitas *ἄρις*, Græcè. Foris hæc observacione dignum, Burgos oppida cincta muris dici, quasi urbes, accedunt municipia civitatibus, seu urbibus nunc, & oppidis ex consuetudine loquendi potius, & munus, quod muniti causa imperatum, à quo municipales, qui unâ munus fungi debent. *M. Terent. Varro lib. 4. de ling. Latina.*

\* URBIUM DIFFERENTIÆ.

Differentiam hanc circa urbes ponit *Modestinus Jursicon*, in l. si quis 6. §. *est autem*, ut alia sint maximæ, ut metropoles gentium magnæ, quæ habeant forum caesarum, seu judiciorum: alia minores, reliquæ.

Quidam malè putarunt iure Pontificio non dici civitatem, nisi in qua esset Episcopus, ut *Bal. ad lib. ex hoc iure, de just. & iure P.* quam tamen sententiam *Glossa 1. cap. si civitas, de sententia excom. in 6.* improbat, quia & ante Episcopos erant civitates, & post Episcoporum institutionem, non fuerunt in omnibus civitatibus positi Episcopi: sed tantum in magnis, & populosis, non in modicis, ne vilescat eorum dignitas, *cap. in illis 2. de seq. Episcopi non in castellis, 80. dist. 6. l. de privi.*

Quidam metropoles civitates, matrices latine dictas civitates putat, ex quibus coloniz deducuntur: hoc est, ex quibus populus ad alia oppida incolenda missus est. Ita coloniz, vel coloniariz civitates, tanquam filiz sunt, & genitrix: illæ autem, unde propagatae sunt, dicuntur matres.

Non tamen ideo dumtaxat dictæ metropoles, quod ab illis alia deducuntur sine coloniariz: sed etiam, quod præcipue essent inter alias civitates, quæ velut filiz à matribus curarentur, & defenderentur ab illis, seu potissimum à matribus iure, & potestate regerentur.

Inter præclaras, & majores civitates regnorum, & principa-

tuum sunt regiz: nempe eæ, in quibus frequentius Imperatores, aut Principes domicilium, seu habitacionem deligunt. Ibi enim Principis persona, ad quam subditi conflunt, & opulentia regalis, & virorum præstantiorum, seu aulicorum confortium, locum illustriorem reddunt.

URBIUM EXTRUCTIO ANTIQUA.

IN GENERE.

Disputa, à quo, & quando primum condita?

Item progressus earundem.

Petatur ex loco prædicto de Civitate.

IN SPECIE.

CERTARUM URBIUM CONSIDERATIO:

QUATENUS ORIUNTUR, QUOAD

Auctorem, à quo condita.

Vide Titulum Magnificentie in extruendis uribus, illic habitus animi, ibi externa opulencie habetur ratio.

Clarissima urbi Orientis Hierosolyma (quo illam epitheto dignatur *Plinius*) quos habuerit conditores, parum constat. Hieron. ad Dardanum scribit primum dictam Lebus, deinde Selem, tertio Hierusalem, postremo Æliam. Salem interpretatur pax: sicut etiam dicit Apostolus ad Hebræos, Hierusalem pacis visio. Hanc esse Salem, in qua Melchisedech regnavit, tradunt *Josephus*, & *Hegeppus*. Ælia nominata est ab Ælio Adriano Casare, qui à Tito dirutum instauravit, majore murorum ambitu. Gentiles eam Solymas, & Solymos, & Hierosolymam nominarunt. Sunt qui à Pisis Lyciæ, quos veteres *æolius* dixerit: aut à populis in Asia Pontica Solyms, quos interitile cum Lelegibus, & Bæbriobis, perhibet Eratosthenes. Eupolemos verò, teste Eufebio, à Salomone Solymos ducit, & Hierosolymam quasi *ἱεροσολυμοσ*, quod nomine etiam ab Homero esse vocatam, sunt, qui credant. Ceterum *Josephus lib. 7.* Solymam esse dictam temporibus Abrahamæ narrat. Hinc cum David è Jebusais capte urbi junxisset arcem, munitionemque fecisset, nominatam esse Hierosolymam. Nam Hebræi munitionem, Hieron. dicunt: Verum non Jebus antequam Salem vocata est, fed contra potius. Nam à Melchisedech putatur condita: qui eam Salem cognominavit: incoleruntque ipsam Chananiæ, quorum gentis princeps erat Melchisedech, seu rex justus, etsi Hieron. in locis Hebraicis, & *Danof*, negat, Salem esse Hierusalem, fed esse aliam urbem in regione Sichem, quæ est in terra Chanam, ubi ostenditur palatium Melchisedech, ex multitudine ruinarum veteris operis ostendens magnificentiam. Prætereò, quam originem Hierosolymæ Strabo ponit, à Moysæ, cum hic terram Chananaam nunquam sit ingressus. *L. Protes in lib. 17. de Civ. Dei, c. 13. & Sab. l. 9. Eon. 1.*

AMERIS Hierarchitarum rex, cum sex annis Theræ regnasset, emit Samaritan montem à Semer duobus argenti talentis, & in urbem ædificavit, regni caput, quam Samaritan appellavit. *3. Reg. 16.*

HERODES Judæorum rex, cum propter mutatos à se patris ritus populum tumultuati, & à seditione, & defectione non procul abesse cernebat, cum duas arcis munitas in urbe haberet, unam in qua ipsius erat regia, alteram verò juxta templum Antoniam à se communitam, visum esse tertiam quoque munitur Samaritan, mutato nomine *Sebasteis*, quæ foris totam gentem contineret in officio. Absit à Hierosolymis itinere unius diei, ad urbanos etiam tumultus compescendos opportuna. Hanc etiam toti genti, ceu arcem ipsius, olim Stratonis turrim dictam, ipse Casæarem appellari maluit. In magno etiam, quem vocat campo, forte lectis equitibus, castrum condidit, & Galilæa Gabalam, Esthmonitum in Peræa. His arcibus ad tutelam regni per totam regionem opportune dispositis, adempta est vulgo levissimis quibusque causis mobilis tumultuandi materia, parato ad quoscumque clancularios conatus remedio, dum in propinquo semper sunt, qui vel præcaveant, vel recens ortos compescant. In primis autem Samaritan cincturas moenibus, dedit operam, ut tam è milite auxiliari, quam è finitimis gentibus plurimos in ejus civitates corpus congregaret partim propter templum, quod ibi dedicare statuerat, partim quod illustriorem eam faceret: fed maximè, quia prætextu magnificentia securitatem rebus suis hoc pacto procurabat. Ita omnibus ordinatis esse sententia, nullos amplius in regno suo motus timuit, quod duobus potissimum modis subditos in officio continens, timore suppliciorum, quæ nemini remittebat, & liberalitate, quæ providebat publicis necessitatibus. *Josephus lib. 15. cap. 13.*

HERO-

HERODES Antipas Tetrarcha recepit in amicitiam Tiberii, de ipsius nomine urbem à se conditam vocavit Tiberiada, electo ad hoc optimo agro Galilææ, in ora lacus Genesarethici: unde non longè apud Emmaum vicum sunt aquæ calidæ. Hæc partim à convenis, partim à Galilæis habitata est: quorum nonnulli cõ migrare coacti sunt, quidam etiam è nobilitate sedes illic sibi operaverunt: quoque major esset frequentia, recepti sunt ad incolendum etiam tenuissimi quique undecumque confluentes, & in his aliquid, quos non satis constabat esse liberos. Hos magnis immunitatibus, ac beneficiis profectus asstrinxit ad habitandum, aliis domos, aliis agris largitus: quò minus horerent ædificatam præter ritum patrium in solo multis sepulchris refertam: cum juxta leges Judæorum ad septem dies impurus habeatur, qui in talibus locis habitet. *Josephus lib. 18. cap. 3.*

LAOMEDON Ilium extruxit ex sacra pecunia, cum Apollinis, & Neptuni templa, quæ in arce erant, compulisset, eaque cum fenore se restitutum pollicitus esset. Hanc ob causam Neptunus, & Apollo Ilii muros extruxisse finguntur: & mercede à Laomedone fraudati fuisse. Hæc ex *Geographo Pindaro in hymno Olymp. 8.* Nonnullis Apollo Troje auctor dicitur, quòd Ilium cum pecus in Mysia cultodiret, ex certamine quodam victor, quinquaginta pueros, ac totidem puellas accepit in præmium, quos Apollinis oraculo monitus in Coloniæ deduxit, Iliumque ex suo nomine urbem appellavit. *Brodeus ex Varino.*

SOLOM Salaminus, unus è septem Græciæ Sapientibus, in Ciliciam appellavit Civitatem, à suo nomine Solos ædificavit, in qua Athenienses colonos statuit, qui intervallo temporis ab Attica lingua deficientes, solocariæ dicti sunt: unde solocianus nomen traxit. *Volaterranus libro decimono Antro.*

LYSIMACHUS Agathoclis filius, unus è Successoribus Alexandri, Mysiam urbem condidit: quæ post annos xxii. terra-motu everta, ipsi, stirpique ejus exitum portendit. *Trogus lib. 15.* Idem condita urbe Epheso, alio loco magis eminenti, cum homines non liberet cõ migrare, observato vehementi imbri, canales obstruxit, urbemque submersit, atque ita cives vel invitos traduxit, urbemque de uxoris nomine C. Arfinoæ appellavit, sed antiquum nomen obtinuit. *Aeneas Syl. cap. 77. Aste, ex Strabone.*

Byzantium Lacedæmonii condidere, duce Pausania. Quibus Apollinem consulentiibus, Ubinam sedes quærerent? mandata oraculum memoria proditum est; ut contra cæcos habitacionem locarent. Cæcos autem Megarenses appellavit Chalcædonis conditores: qui cum prius in Thraciam navigassent, situmque, ubi postea Byzantium ædificatum est, conspexissent, omnia tam locuplete ripa, tenuioris è regione in Asia delegissent. *Strabo lib. 7.* Porro urbem hanc sub Severo primum, deinde Galieno, miserè everfam, denuò condidit Constantinus Magnus, Imperii sui anno decimo, Christi verò 321. Nam cum in campo, qui est ante Ilium, ad Hellepontum, supra Jacis sepulchrum, descripsisset spatium ædificandæ urbis, noctu oraculo admonitus est, ut Byzantium Thraciæ ultra Chalcædonem Bithyniæ repararet. *Sozomenus lib. 2. cap. 3. Nicephor. lib. 7. cap. 48.* Zonaræ verò & alia ea de re scribit, quòd postquam Constantinus oraculo admonitus est, ut urbem extrueret, eique nomen de suo nomine faceret, primum in Sardicia, deinde in Sigro, denique in Chalcædone id opus inchoavit. Sed aquilas devolasse, fabrorumque simulacros arreptos, fretis superato juxta Byzantium dejecisse, idque aliquoties factitasse, cõ agitur Constantinum motum, isthuc architechtos transulisse. At *Nicephorus lib. 8. cap. 4.* inquit: Imperator ipse pedibus, hastam manu tenens, ambitum, moeniamque definitis circumivit. Cum autem comitibus ejus ulterius, quam conveniret, pomœria urbis proferre videretur, quidam ex eis ad eum accessit, atque rogavit: Quòd uque tandem, huc? ille discrete respondit, Eo tamen, dum qui me præcedit ductor constitit. Unde suspicatus fuit, angelum præfisse, qui cum, quod fieri deberet, intraret. Atque ut moles Byzantia diuturnior esset, è litore Bajano Puteolanum pulverem navibus comportandum curavit, ut eo calci immisso structura esset solidior. *Pontan. cap. 11. de Magnificentiâ.* Ita Romanam aquilam bicipitem fecit, novam Romam appellavit, & Imperatricem omnium populorum, qui Romanum Imperium agnoscentes, sive in Septentrione, sive in Austro, sive in Oriente, sive ad mare Mediterraneum habitant, ab eis, quæ ad Istrum extructæ sunt uribus, & ab Epidamno, quæ non longè ab Jonio

sinu sita est, usque ad Cyrenem, & proximam Lybiam, & per totum Boreale clima, & regionem Arcteam. *Sezom. & Niceph.* ædificacionem urbis Constantinopolitanæ referunt in annum imperii Constantini 28. *Hieronymus in Chronico* indicat, dedicatam esse anno 25. Constantini, & Christi 334.

Smyrnæ urbis Joniæ, quæ tempore Pausaniæ fuit, conditor extitit Alexander Philippi filius per visum inquit, ut id faceret, monitus. Venationibus enim intentum Alexandrum in Pago monte, cõ ipso, quo erat ornatum, ad Nemesium sanum accessisse tradunt. Cum verò ad fontem sub platano proximis aquis irrigua fontum caperet, observatas in fornibus deas Nemesis mandasse, ut in eo loco urbem condideret, atque, ut eò Smyrnæos deduceret. Missi sunt Claron consultores à Smyrnæis de summa rerum. Illi oraculo auctoritatem secuti, facile se deduci passi sunt. *Pausanias in Achaicis.*

PHILIPPUS Imperator facta pace cum Persis, pereusitque fodere dimissa Syria, ac Mesopotamia hostibus, passus victoriarum armorum dedecus, iter per Arabiam fecit, ac paterno in solo Philippopolim urbem sui nominis condidit. *Cusp.*

CONSTANTINUS Magnus Drepanum in Bithynia instauravit: quam, à nomine matris, Helenopolim appellavit. *Polsd. lib. 2.*

PARNASSUS Neptuni F. in monte Parnaso urbem de suo nomine Parnassiam ædificavit: quam imbribus deletam Deucalionis temporibus tradunt. Ac tunc quidem, qui aquarum vi oppressi non fuere, luporum ululatum fecerunt, feris ducibus ad Parnassi juga confugerunt. Quare quam illic urbem muniturunt, Lycoream vocarunt. *Pausanias in Thacis.*

ALCATHOUS Pelopis F. Megaram ædificavit urbem, & ab Apolline in muris fabricandis adjutus est. Ostendebatur adhuc illic Pausaniæ ætate lapis, ad quem citharam Apollinem deposuisse asstrunt, cum Alceatou operam suam esset navaturus: cui lapis si calculo fe ratur, eundem, quem pulsa fides, sonum reddidit. Qualis est, & Memnonis statua ad Thebas Ægyptias, quæ oriente sole sonum edit, qualem vel citharæ, vel lyræ nervi, si fortè dum tenduntur, rumpantur. *Pausanias in Atticis.*

CADMUS Phœnis Cadmeam condidit arcem in Bœotia. Aliquot annis post cum Amphion, & Zethus regnum occupassent, arci oppidum inferius conjunxerit, & urbem totam Thebas à Thebenympha appellarunt. *Pausanias in Bœoticis.*

PROETUS cum Perseo nepote facta commutatione, maritima Argolici agri parte ei cesserit, ipse mediterraneam accepit, urbemque condidit, quam Mycenæ nomine appellavit, quòd eo in loco ei ensis fungus, id est, capuli ipsam capitulum excidisset: Mycetem enim id eodem, quo fungum, nomine vocant. Alii sistentem humo fungum fuisse, ac repentinis arborum scatebris siti magna cum voluptate depulsa, ex eo casu urbem Mycenæ nominasse. *Pausanias in Corinth.*

DIOMEDES rex Etoliz, Tydei, & Deiphiles filius, unus è ducibus Græcorum, confecto bello Trojano, ob adulterium conjugis in Apuliam se confersens, Abdam, Beneventum, Arpos, sive Argyripam, filiasque multas in Italia condidit civitates. *Volater. lib. 15. Antropoli. & Virg. lib. 10. Æneid.*

Sybaritæ patria pulsi à Crotoniatis, in Græciam legatos ad Lacedæmonios, & Athenienses miserè postularunt, ut rediret in patrias sedes vellent. A Lacedæmonis nihil imperarunt. Rex Atheniensibus placuit: moxque decreto eis auxilio, decem naves Sybaritis subsidio mittunt, quas Lampo, & Xenocritus ducebant: missis quoque per Peloponnesum urbes præconibus, edicto proponi, ac promulgari fecerunt, urbem se communem his facturos, qui eò commigrare voluissent. Oraculum Apollinis responderat, tale quærendum, quo sibi conderent urbem, solum, ubi aquarum mensura potularum poterent cibum contra sine mensura capere. In Italiam itaque navigant, atque Sybarim delati, loca passim omnia scrutari pergunt, sicuti vestigia loci à deo jussi per oraculi interpretationem se offerrent. Cùmque haud procul Sybari fontem occurrisset, cui Thuriæ nomen erat, latices erumpentes area fistula procul fundens, quam accolæ Medinnam, modumque appellare consueverant, re simul à nomine ad omen interpretacionem oraculi procecti, eum locum sibi à Deo ostensum judicarunt; quem mox circumactò muro communiturunt: urbemque ibi condentes, eam fontis nomine Thuriam vocarunt. *Diod. lib. 12.*

Megalopolis non solum Arcadicarum, sed Græcarum etiam omnium civitatum recentissima est: Ii tamen exceptis

in

in qua post imperii calamitatem ab urbe Romana coloni immigrarunt. Roboris autem sui confirmandi gratia, Megalopolim Arcades deduxerunt. Meminerant enim Argivos jam tum ab initio nullo non penè die, summo cum libertatis periculo, à Lacedæmonis bello vexari solitos. Eisdem aliquot non sanè magnæ æstimationis oppidis, Tyrinthe, Hylis, Orneis, Mycenis, & Midea excisis, traductaque ex illis Argos multitudinem, civitatem inquilinorum numero adeo auxilium, ut in posterum & à Lacedæmonis minus multo sibi metuerent, & adversis alios finitimos firmiora haberent præsidia. Hoc igitur consilio Arcades è suis quinque urbibus Megalopolim commigrarunt. Colonia verò auctor Thebanus Epaminondas jure optimo vocetur. Is enim Arcadas in unum congregavit, & mille Thebanorum delectam manum, duce Pamene, Arcadibus misit, qui auxilium essent, si fortè Lacedæmonis, coloniam, quò minus deduceretur, impedire essent aggressi. *Pausanias in Arcadibus.*

Roma à Romulo, & Remo loco incommodissimo contra hostiles impetus ædificata est, vel quia alium non habebant commodiorem, vel quia fortitudinem suæ confisi, se & conditores, & propugnatores memoriæ videri volebant. Colles vicini urbem primam incurfionibus hostium opportuna reddebant, adeo ut T. Tatius primo insultu Quirinali fuerit potius. Reges inde colles manibus includere fecerunt. *Strabo lib. 5.* Romulus postquam Remum unà cum nutritiis suis in Remonia sepehvit, condidit urbem: ad quod accivit Hetruscos, qui velut in mysteriis, ut quidque faciendum erat, ceremoniis quibusdam, & scriptis præscriperunt, docueruntque. Comitio fossa est rotunda circumducta. In eam primitias detulerunt omnium, quæ de morte ut bonis, natura utebantur ut necessariis. Postremo ex qua quisque advenerat regione, ejus terræ portunculam collatam eò conjecerunt, & commiscuerunt. Fossam hanc eodem, quo cælum nomine, vocaverunt Mundum. Hinc urbe sitæ circulo centum circumscribere. Conditor aratro æreum vomerem adjungit, junctisque bobus mare, & femina, ipse circum lineamenta profundum inducit sulcum. Sequentium munus est, ut excitatis ab aratro glebas intrò vertant, nec ullam sinant extrà ferri. Ita moenia linea definiunt, idque elisis aliquot literis. Pomarium dicitur, quasi post, vel ponè moenia. Ubi portam designare visum est, vomere exempto, atque aratro sublato, spatium relinquunt. Unde totum habent murum præter portas sacrum. Nam eas si ducerent facras, religiosum esset, necessaria, & impura in urbem recipere, & exponere. Conditam urbem in confesso est 11. Calend. Majas, quem diem Romani patriæ Natalem appellant, habentque festum. Initio, ut fama est, nihil innolabant animatum. Purum consuebant, & inuentum decere Natalibus patriæ solemnè consecratum conservare. Eundem diem illi & ante urbem conditam, festo Paschorali habebant sacrum, & Pallia vocabant. *Plin. in Romulo.*

ANCUS MARTIUS rex Romanorum, præter cætera, ad ostia Tiberis fluvii locum munit, & ad ipsum æstuarium urbem condidit Hostiam, à situ ita dictam, ad lapidem decimum sextum Roma distantem. *Suidas.*

Anno Salutis ccccxxi. cum primùm Hunnicæ belli fama, Attila duce, ceptum est in Italia trepidari, Patavini, & Aquileenses nobiles, ne Hunnis, ut Gothis prius, prædæ essent, pet otium in stagna Venetæ se contulere, & insulas illic habitare cœpere in primis verò Rivum altum. Obfessa inde ab Hunnis Aquileja, tunc undique promiscuè omnis ordinis, & fortunæ viri cum conjugibus, liberis, cæteraque supellectile in propinquas insulas, qua cuique proximum fuit, sunt dilapsi: ut gentesque necessitate pro se quisque nova tecta ponere, vicum vico continuis operibus jungere: quot erant insulæ, vici metæ, tot nova oppida ædificari putasse: multa videbantur parvo ambitu condidit civitates, cum nomine, & re unâ conderetur. Hæc est illa Venetiarum celebris conditio. Post Hunnicam calamitatem Longobardis Alboini ductu Italiani invadentibus, aucta est magnopere civitas, quam jam antè Narfes eunuchus strenuam contra Gothos præstitam operam duobus templis ornaverat. *Sab. lib. 1. Dec. 1.*

LEO IV. victis ad Hostiam Saracenis, eorum opera, qui vivi Romam perducti sunt, unus est in restituendis Ecclesiis, quas ipsi Agateni quondam diruerant, & intendebant: extruendis moeniis, quibus Vaticanum cinxit, & Leoninam urbem de suo nomine appellavit, seu Gregoropolim, ut Continuator Damasi habet. Sieghertus anno 836. hanc urbem primo Pontificatus sui anno inchoatam, demum sexto absolvit, eamque Corfiss, quos Saraceni ex insula depulerant, incolendam dedit, assignatis viciniam agris, unde viverent. *Platina.*

ITALIA civitates contra Fridericum I. Imperator frædera inierant. Postquam is Italia excessit, Papienses, & Marchionem Montisferrati, qui Friderici adhuc partes tuebantur, statuerunt adori. Ut autem impressionem in eos commodius facerent, novum oppidum inter Hastam, & Derthonem extruxerunt, idque ad tempus fossa, valloque firmarunt. Mediolanensibus imprimis, ac Placentinis acriter in ejus rei studio incumbentibus: atque eò subito ingentem ex proximis septem castris populum traduxerunt: ea quindecim millia hominum fuisse dicuntur. Constitutum est etiam, ut in Friderici contumeliam ab Alexandri III. Pontificis nomine Alexandria vocaretur. Papienfestamen, cæterique Imperialis partis studiosi eam, aut Casertam à Friderico Casare appellarunt, aut Alexandriam quidem, sed ad firmitudinem elevandam Palæstram dixerunt: quo nomine in hunc usque diem vocatur. *Sig. lib. 14. regni Ital. Platina an. 1175.*

Ticinum urbs ab Odoacro Herulo eversa, eo quod Orestem Imperat. fugientem repererat: anno Sal. 470. ejusdem permislu restaurata, & Pavia, quasi pia patriæ dicta est. *Bern. Saccus lib. 7. Ticinensis hist.*

HERCULES cum exercitu in Celticam Galliam profectus infandum interficiendorum hospitiū morem sustulit. Ciū ingens ex omnibus gentibus cum exercitu sequeretur, urbem condidit amplam, quam appellavit Alexiam, plurimis ex propinquis incolis sponte in urbem confluentibus: qui cum reliquam multitudinem superarent, evestigio urbs ad barbaros mores delinxit. Hanc urbem Celtæ, diu in honore habere, tanquam metropolim. A C. Julio Casare capta, Romanorum imperio cum aliis Celtis cecit. *Diod. lib. 4. cap. 2.*

T. SEMBRONTIUS Græchus pater Proconful Celtiberos in dedicationem accepit, ac monumentum operum suorum Græchorum oppidum in Hispania constituit. *Livius.*

L. MUNATIUS Plancus, vir consularis, prætorius, ac orator clarissimus, Ciceronis discipulus, dum Galliam Comatam regeret, Lugdunum condidit, & Rauraciam, Augustam postea dictam, cujus filia Basilea est: ut ex antiqua inscriptione apprehenditur, quæ adhuc Casere in turri quadam, quæ dicitur Orlandi, legitur, teste *Volat. lib. 18. Austrorip.*

Anno 143. aut 137. post Trojanum excidium, à Carchedone Tyrrio, vel ab Elia ejus filia, quam plerique Didonem nominant, Carthaginiæ quæ sunt fundamenta, regnante apud Latinos Sylvio pinto. *Appianus* Carthaginiem in Lybia à Poro, & Carchedone Phœnicibus conditam scribit annos quinquaginta ante illi captivitatem. *Philistus* scribit à Zaro, & Carchedone Tyrrio, quo tempore Thebes Helenam rapuit.

Sultanorum Ægyptiorum regia urbs, orbis terrarum maxima, Chare ab incolis vocatur: qua voce victrix significatur. Anno Mahumeticæ superstitionis recessimo, & duodecimo septuagesimo eam Joar Sultanus multiplici victoria inclutus condidit decem millibus passuum, à vetustissimæ, nobilissimæque urbis Memphis vestigiis: ut indigenas vadere auctor est Tyrriorum Pontifex. Latini Chairum vocant. *Aemilius lib. 5.*

Martianapolis urbs Myria nobilissima quondam, à Trajano Imperatore post victum Decebalum Dacum condita est. Martiam Trajani forem, ad fluvii fontem, qui in oppido emergebat, puellam misisse ferunt, ut perspicuum, dulcemque aquam aureo vase hauriret. Vas fortè de lapsum, in alto fonte demersum, atrigisse fundum, mox præter auri naturam, succurrentem quodam mympharum numine, emerfisse: Imperatorem hoc miraculo percitum, urbi ibi amplissimam fundasse, & à fore appellasse Martiam. *Bonifinus lib. 2. Dec. prime.*

OTHO rex, Henrici filius, construxit urbem Magdeburgum, quæ à Parthenopolis, id est, Virginum civitas dicitur. Anno 939. *Sieghertus in Chron.*

Hilftri Sclavonico incurfu è Scythia terris, ex continenti in insulam transiverunt, cui Caprariz tum fuit nomen: ibi oppidum sibi condiderunt, quod in Justini Imp. gratiam Justinopolim dixerunt. *Sabell. hæv. 8. lib. 2.*

ARNULFUS Cæsar urbem Ratisbonam, vel Reginoburgum, metropolim Bavariæ summè dilexit, itaque cum incendio esset defecata, ejus muros ampliavit, ædes adomavit, & cœnobium S. Emerani censibus annuis locupletavit, & auxit. *Cusp.*

GIULA tertius dux Hunnorum, qui è Scythia emigrans in Tran-

syvania confederunt, eum venatum proficisceretur, Alban vetustissimam urbem, multa Romanorum monumenta referentem, succrescentibus undique verpibus, & arbutis obrutum invenit. Antiquitatem veneratus, adempto situ instaurare cœpit: quam nunc Alban Juliam appellant, non tam à Julio, quàm à Giula Hunnorum dux nominant. *Bonifinus lib. 1. Dec. 1.*

CRACOVIA Polonorum princeps, urbem in lava Vistula ripa in loco domicilii sui condidit, ac de nomine suo Cracoviam appellavit: eique arce in colle Vavelo, Vistula eum ab oppido tunc dirimente, felicibus auspiciis superædificavit: quam regni caput, Gnesia relicta, fecit. *Cromer. lib. 2.*

PRAGA Bohemica metropolis à Primislao III. duce, & Libussa condita est. De cujus nomine cum ambigeretur, misit Libussa ad fibros, & quam illi primam vocem emisissent, ex illa oppidum denominari iussit. Interrogatus ergo fiber lignarius quidam, quid ageret? Pragam se facere dixit, hoc est, Limen. Inde nomen urbi datum, quod posteri Pragam dixerunt. *Æneas Sylv. in hystor. Bohem.*

OTHOCARDUS Bohemorum rex, victis, & ad fidem conversis Prutenis, urbem in litore maris præclaram condidit, quam ex titulo suo regio Montem regalem appellavit, ut tanto Prutenis in officio retineret facilius. Condidit ibidem Rege annuente Bruno quoque Olomucensis Episcopus novam civitatem, eandemque similiter, ex suo nomine Brunonis montem vocavit, ad Episcopi usum, quem Prutenis pro Pastore constituebat. *Dabravins lib. 17.*

JOANNES ZISCA Hussitarum dux in Bohemia, ad Lumiseium annum, locum natura munitum moenibus cinxit, & ut quicquid tenoria fixerat, ita ædificare sibi domos imperavit: civitati Thabor indidit nomen. Nam & comites ejus, fratres Thaboritæ appellabantur, tanquam cum tribus Apostolis Salvatoris Christi transfugationem in monte vidissent, indeque suas opiniones mutuari essent, quas fidei veritates appellabant. *Æneas Sylv. cap. 40. hyst. Bohem.*

SUERCHONE, seu Suerchero Gothis, & Sueonibus imperantibus, cœperunt erigi urbes munita in litore Teutonico, & ex Aquilonaria regnis colonis in illas deduci. Prius enim Vandala lingua totis illo tradit homines illi Sarmaticæ litoris utebantur. Lubeca anno à Christo nato M.C.XI. Rostoch. C. M.C.XV. & Riga Livonia metropolis M.C.C.LXXV. initium sumpsit. Deinde anno Christi M.C.C.C. Stralsundium, à Valdemaro Danie rege, ministerio Jarimari Rugianorum principis fundatum scribit *Cranz. lib. 7. Vandal. cap. 5. Revalæ autem M.C.C.XIII. inchoatæ fuerunt. Post quas Vismaria anno Christi M.C.C.LXX. erecta est, & munita. Jo. Magn. lib. 18. cap. ult.*

Refectæ, Restauratæ. Hiericho urbs restaurata ab Hiel Bethelensi, sub Achab rege. 3. Reg. 16. NEHRMAS Hachab F. Babylone reverfus, permisso Xerxis regis, Hierosolymæ muros restaurare cœpit, partitis per cognationes, & negotiationis operis. 2. Esdr. 3.

Thebas Bœoticas ab Alexandro Magno eversas, Casander Antipatri filius restituit, adjuvantibus ad eam rem Atheniensibus, Mæliensibus, & Megalopolitanis. *Pausanias in Bœoticiis.*

Ilium Alexander Magnus, Lyfimachus, Sylla à Fimbria bello Mithridatico captum, & ambustum, instaurarunt. Solon in Cyprum delatus Philocypre regulo auctor exitit, ut urbem Epenam in Cilicia, à Demophoonte Theci filio olim conditam ampliaret, in opportuniorerque transferret locum. Quod ille secutus, in auctoris memoriam Solon deinceps dixit. *Sab. lib. 5. Eum. 2.*

HERODES Antipas, Tetrarcha Galilee, Sephori cincta moenibus, totius Galilee caput fecit. Item Bethoramphtha oppidum communium, nomine mutato Juliada ab uxore imperatoris appellavit. *Joseph. lib. 18. cap. 3.*

C. JULIUS CESAR Carthaginiem, & Corinthum, urbes antiquissimas, atque florentissimas, quæ fuerant à Romanis delatæ, illa à Scipione, hæc à L. Mumio, instauravit, in easque colonias deduxit: que sicut antè uno, eodemque tempore dirutæ fuerant, ita tum unâ reficiebantur, ac florere incipiebant. *Xiphilin. in Strabo lib. 17.*

ADRIANUS Imperator Carthaginiem aliqua ex parte instauratam, Adrianopolim iussit nominari. Hierosolymam ædificiis reparatam Æliam nominavit. *Sab. lib. 4. Eum. 7.*

NERO Cæsar formam ædificiorum urbis Romæ novam excogitavit, & ut antè insulas, ac domos porticus essent, de quantum solaris incendia arcerentur, eas sumptu suo extruxit.

Destinarat etiam Hostia tenuis moenia promovere, atque inde fossa mare veteri urbi inducere. *Suer.*

PLINIUS Pomercio Romani ambitum Vespasiani Imperatoribus tredecim millia passuum, & ducenta habuisse auctor est, septem intra se inclusit collibus, in quatuordecim regiones distinctum mille, & amplius vicos: portas quatuor, & triginta habuisse, ad quas paribus spatibus viae decurrerent, ab aurea columna, qua in foro Romano fuit. Enimvero si quis rectorum extrema cum prætoris castris animo conceperit, septuaginta millium passuum, & amplius fuit circuitus ille habiturus. *Sab. lib. 5. Eum. 2.* Aurelianus Imp. muros urbis Romæ ita ampliavit, ut quinquaginta propemodum millia passuum ambitu complecteretur, pomercio tamen nihil moto, nam id proferte nulli principum licuit, nisi qui barbarici agri parte aliqua rem Romanam locupletasset, quod Augusto contingit, Trajano, & Neroni: quo principe, pontus Polemiacus, & Alpes Cottie Romano accesserunt imperio. *Sab. lib. 7. Eum. 7.*

VESPASIANO rerum posito, de formis Urbis veteribus incendiis, ac ruinis erat: vacuas areas occupare, & ædificare, si post festores cessarent, cuiusque permisit. Ipse restitutionem Capitolii aggressus (quod sub Vitellio conflagraverat) quibus purgandis manus primus admovit, ac suo collo quædam exemplavit: æcarumque tabularum tria millia, quæ simul conflagraverant, restituenda suscepit, undique investigatis exemplaribus. *Suer.*

NERVA Rom. Imp. terræ motu collapsa Cilicæ Diocæsarea, Senatorem misit Anazarbum nomine, qui eam instauratam, cum olim Cyjuda diceretur. Deinde Diocæsaria, de suo nomine Anazarbum dicit. *Suidas.*

PRÆTEXTATUS præfectus urbis Rom. an. 367. moeniana sustulit omnia, præcis quoque legibus interdicta, & parieres privatorum ab ædibus sacris discrevit iisdem inveterandè conunctos. *Sigon. lib. 7. Imp. Occid.*

THEODERICUS Ostrogothorum in Italia rex primus, Romanis non libertatem modò restituit, sed & ruinas Urbis, bellorum dirutitate, & imperatorum ignavia admittas, reparavit, sic ut urbs restaurata dici posset. Atque ut civis Romani vel novis erigendis, vel instaurandis vestigiis ædificiis, majorem haberent commoditatem, parandæ calcis officinas in pluribus Italia insulis fieri curavit, calcemque postmodum civibus, quorum principia ædificiorum cernerentur, liberaç liter, & sine precio eff largitus: multaque alia pro publica, & privata Romanae urbis instauracione, supra hominum fidem effecit. *Joan. Magnus lib. 9. ex Cassiodori epistolis.* Idem Patavium refecit.

Themistitan novæ Hispaniæ civitas, federe primùm cum Cortesio inito Hispanorum prædium non difficultè admittit: sed Petri Alvaradi culpa, qui, interim dum Cortesius Pamphilum Narvasium superare bello contendit, Civis choreis, & festis ludis intentos, omni preciofa veste, & ornamentis spoliatur, ab eodem defecit, & præsidium partim cædit, partim moenibus eiecit. Hanc urbem Cortesius postmodum innumerabilis sociorum Indorum exercitu stipatus, obfedit, & post continuam septuaginta duorum dierum oppugnationem cepit: ferro, flammaque miserè deformatam instauravit, & novam quodammodo è fundamentis erexit, & ingenti mirique operis Regia exornavit. *Joan. Metellus.*

TEMPUS, VETUSTATEM, URBS.

Antique. Vetustissimum oppidum Græcum, Bœotia Thebæ, quod rex Ogyges ædificavit: in agro Romano Roma, quam Romulus rex. Thebæ, ante cataclysmum Ogygi condita. *Varro lib. 3. cap. 1. de Re Rustica.*

Recentes. Megalopolis. *Vide supra, Urbes condite.*

SUNT, SIC URBS CONSIDERARI POSSUNT SECUNDUM SITUM.

Palmyras Syriæ urbs nobilis situ, divitiis soli, & aquis amœnis, vasto undique ambitu arenis includit agros: ac velut terris exempta à rerum natura, privata forte inter duo imperia summa;

summas Romanorum, Parthorumque, & prima in discordia  
A semper utimque cura. *Plin. lib. 5. cap. 5.*

Cere vetustissimum oppidum est, & ob locum natura  
munissimum valde celebre: est enim in tumulo, vel po-  
tius saxi solidi fastigio positum: eam ob causam Romani  
ad Gallis ad Alliam fluvium, qui hodie Caminates dicitur,  
fracti, de urbe tuenda desperantes, Vestales virgines, & deo-  
rum magis arcana, augustinæque vestalacha, cum multis aliis  
saceris, religiosisque rebus, eò tanquam in tutissimum locum  
miserunt: & eadem de causa sequentibus temporibus, Bar-  
barorum ferocitate, in Romani Imperii inclinatione, tota  
Italia tanto impetu inundante minimè violatam fuit. *Gai-  
ciardis. lib. 5.*

Dissentit aliquantulum Strabo à T. Livio in voce Philippi  
regis Macedonum referenda, Latinus enim scriptor tradit  
ipsum tres nobiles urbes, Demetriadem scilicet, Thessaliæ,  
Chalcidem Eubœæ, Corinthum Achaïæ, solum compedes  
Græciæ appellare. Strabo verò in IX. Geographiæ duas ex his  
tantum urbes ipsum vocare consensisse affirmat, Chalcidem,  
ac Corinthum. Cujus etiam contumeliosè dicti rationem asserit,  
affertens respexisse illum ad eorum opportunitatem, quod

B inde in Græciam commodè incitari posset Macedonia. Addit  
autem, inferioris ætatis homines, & ambas has, & adjunctam  
illis Demetriadem appellasse non dissimili à superiore nomine,  
et dicitur. Usum autem tertie quoque hujus declarat, di-  
cens ipsam quasi in sua manu habuisse transitum prope Tem-  
pe, cum Pelium, Osumque teneret. *Videtur lib. 12. Var.  
lib. cap. 19.*

Qui à Delphis Umbilicus vocatur, è candido matmore effe-  
cuntur, medium terræ universæ punctum. *Pausanias in  
Phocis.*

Carthaginis situm, *Vide apud Strab. lib. 17.*

In litore Ægyptii maris Alexandria, à magno Alexandro  
condita, juxta Maræoticum lacum, qui locus antea Rhacotes no-  
minabatur. Metas est eam Dinochates Architectus pluri-  
bus modis memorabili ingenio, xviii. pass. latitate inæstima,  
ad effigiem Macedonicæ chlamydis orbem gyrato laciniolam, dex-  
tera, laevaque anguloso procurfu, jam tum quinta situs  
parce regis dicata. *Plin. lib. 5. cap. 10.* Eam duo Maria undique  
alluunt, alterum à septentrione, quod Ægyptium dicitur:  
alterum à meridie, quod Mariæ lacus, & Maræotis appellatur.

C Hinc Nilus multis fossis eò superioribus partibus, tum è  
lateribus adauget, per quæ multo plura importantur, quam in  
mari: quare portus, qui in lacu est, ditior est maritimo. Quæ  
hac exportantur ex Alexandria, plura sunt, quam quæ impor-  
tantur. Aeris temperies accedit, quæ idcirco contigit, quod  
eae utrinque alluunt, & Nilus incrementa commodè facit.  
*Strabo lib. 7.*

Constantinopolitana urbis commodissimum situm Petrus  
Gillius eleganter describit: eum in lîthimo sita, tribus parti-  
bus portuosus mari alluatur, suosque agros suburbanos duo-  
rum dicrum in eadem peninsula extendat. Propontidi,  
& Ægeo mari imperat, Euxino pariter, uno illum ostio clau-  
dens, Bosphoro scilicet, quem invitis Constantinopolitanis  
nemo transire potest. Asia, & Europæ veluti pons est, & porta  
utriusque orbis expeditior, quam Hellepontus. Merito igitur  
arx totius Europæ vocari potest, atque adeo totius orbis  
principatum præ se ferre videtur, eminens in fauces Europæ,  
& Asia. Jure etiam omnes, qui in Helleponto, vel Propontide  
urbes edificaverit, cæpi possunt appellari, quia commo-  
ditatem situs Constantinopolitani non prævidere. *Gillius in  
D Topographia Constant.*

Venetorum urbs ampla, atque magnifica, mercatura, & rei  
navalis studio à parvis initiis crevit. Sed ea propter incredibi-  
lem situs munitionem, ante alias, & beata, & admirabilis exi-  
stimatur, quod interfuentis Hadriæ paludibus cincta, nullif-  
que ob id opportuna hostium injuriis: veteres thesauros dome-  
sticæ in pace cumulatous periculosos etiam temporibus confer-  
varit. Nulli etenim à terra aditus, intercedente quadra-  
ginta stadiorum pelago, nulli penitus à mari ingressus propter  
cæca, atque humilia vada, usu tantum indigenis nota ingruen-  
tium barbarorum avaritiæ, aut magnæ ab alto classibus  
paterunt. *Jovius lib. 1. Histor. De ea sic Aëtius Sincerus  
Sannazarius.*

Viderat Adriacis Venetam Neptunus in undis  
Stare urbem, & toto ponere jura mari.  
Nunc mihi Tarpejas quantumvis suppet arces  
Obiice, & illa tui mania Martis, ait:  
Si pelago Thyrim præfers, urbem aspice utramque:  
Illam homines dices, hanc posse deos.

Novæ Hispaniæ regionis feracissima, & amplissima quor-  
dam Mexicanorum imperio clarissima Metropolis Themisti-  
ran, adinstar Venetiæ, in magno lacu ædificata, ab innu-  
meris populis habitatur. *Jovius Metellus.*

Rugiorum Sclavorumque metropolis Arcon, in excelso pro-  
montorio cujusdam vertice collocata, ab Ortu, Meridie, &  
Aquilone non manu factis, sed naturalibus præsidibus munitur,  
præcipitiis monium speciem præferentibus, quorum cicu-  
men excusæ tormento sagitte tactus æquate non possit. Ab  
iisdem quoque plagis circumfluo mari sepitur, ab occasu verò  
vallo quinquaginta cubitis alto concluditur, ejus inferior  
medietas terra erat, superior ligna glebis interstita continebat.  
Septentrionale ejus latus fonte irriguo scatez, ad quem mu-  
nicii callis beneficio oppidanis iter patebat. Medium urbis  
planities habebat, in qua delubrum materia lignetum opere  
elegantissimum visebatur, Svantovito dicatum. *Saxoniæ  
libro 14.*

Præcipuum Sueonum civitatem regiam Stocholmiam à  
fundamento regius tutor Birgerus Jerl à fundamentis erexit,  
musicæ, & mœnibus fortissimis communivit: in loco adeo  
opportuno, & necessario, atque invincibili, ut nihil unquam  
commodius per eum excogitari potuisset credatur. Est enim  
locus torrentibus undique munitus ( quondam solis piscato-  
rum usibus usurpatus) atque inter aquam salinam, & dulcem  
ita positus, ut porta tonis Sveciæ appellari possit: Prius enim  
Estones, Moscovitæ, Russi, Tavehni, per eas fauces continuo  
ingrediebantur, & clandestinis incurtionibus Sueones, nul-  
lam hostilitatem suspicantes adorti prædabantur. Sed Stochol-  
mia extructa, omnes, & singuli diuturnam pacem affecuti fue-  
runt, hostes verò sempiternam formidinem: qui visio tam  
insuperabili præsidio contra quoslibet inimicos in reliquum  
tempus erecto, à diripienda Sveciæ abstinuerunt. Hanc si quis  
obsidione cingere, viribusque superare præsumperit, nun-  
quam proficere, etiam si pertinax perseverare posset in omni-  
moda ejus obsidione. Sita enim est in profundissimis aquis, &  
rapidissimis fluminibus, duas solum portas longis interpositis  
pontibus ex Austro, & Aquilone habens: quæ portas, trespel-  
que plus Regionis Daniæ constant in frustrata impugnatione,  
quam decem majores sui regni civitates. Nec obideri poterit,  
nisi tribus fortissimis exercitiis in insulis, solida terra, &  
aqua distinctis: qui tamen exercitus nullo tempore à sagitta  
terrarum subito congregandis securi videbuntur. *Olaus G.  
lib. 3. cap. 36.*

Tarentinæ urbis admirabilis est situs, utpote quæ undique  
mari abluatur. Abscidit enim eam à continenti Alifontus ju-  
nior, qui Straboni cognomen fuit, cum Turcæ Hydrunte  
capta inter alias Salentinorum urbes Tarento propter sum-  
mam ejus portus opportunitatem immineret: urbsque nunc  
eoloco est constituta, quo antiquitus Tarentina arx ampli-  
sima fuit, tam longa, quam inani Annibalis obsidione nobili-  
tata. Ubi verò vetus Tarentum fuit, nunc ingentes sunt ruine,  
passimque admiranda delectæ urbis vestigia apparent. Igitur  
Tarentum urbs nova est, toraque in eam insulam traducta, &  
circumfluo mari cincta, duobus ligneis pontibus ab Ortu, &  
Occasu tantum aditur. In capitibus interioribus eorum pon-  
tium duæ sunt egregii operis arces ædificatæ, quæ ab utraque  
continenti intercurrentibus duobus curiis, difficillime habent  
oppugnationem. Ab aperto autem mari nequaquam adigi pos-  
sunt naves, nam id urbis latus perpetuis scopulis à natura  
permutatum est. *Jovius in Consalvo.*

MUNIMENTA. H  
URBES  
Munitæ.

Naturalis munitio sub Situ explicatur.  
Jebusa urbs munitissima, quam David regni initio expugna-  
vit, eamque Hierosolyman vocavit. Antiquitus enim Solyma  
dicebatur: Hicton verò munitionem significat. *Josephus An-  
tiq. lib. 7. cap. 3. Vide Tit. Contemneret hostem.*  
Hierosolyma Judæorum metropolis, & natura, & arte mu-  
nitissima fuit. *Vide Joseph. lib. 6. cap. 6. de bello Judæico.*  
Urbes muris munitissimæ olim fuere Androsus in Phocidæ,  
Byzantium, & Rhodos. Quas tamen vicit Messene in Pelop-  
onneso post Leutricam Lacedæmoniorum cladem ædificatæ,  
Epaminonda Thebano auctore. *Pausanias in Messeniis.*  
MELES primus Sardium rex, Lydorum tertius, cum ex pel-  
lice leonem sustulisset, oraculo edoctus, quæcumque parte ur-  
bis circumlatus esset, inexpugnabilem fore urbem: eum per  
ceteram

ceteram partem murorum circumduxit, quæcumque poterat  
A arx oppugnari: per eam autem partem ( tanquam inexpugna-  
bilem, atque præcætam) circumducere prætermisit, quæ ad  
Tmolium fluvium vergit. Quia ipsa multo post à Cyro Persarum  
rege capta fuit. *Herod. lib. 1.*

CEREBRO Arcadum regis filio Minerva Tegean inexpugna-  
bilem præstitit, donato ei detonso de Medula capite crine.  
*Pauf. in Arcad.*

Strabo 8. libro Geographiæ, docens urbem Messeniorum si-  
mitem esse Corintho ( nam editus, præruptusque collis immi-  
neret amobus oppidis, communi muro cum ipsis cinctus, ar-  
cis naturam habens: quorum alter vocatur Ithome, alter ve-  
rò Acrocorinthum) addidit. Unde apertè videtur Demetrius  
Pharius dixisse, cum hortaretur Philippum, ut ambas has ur-  
bes præsidibus firmaret, si Peloponnesi cupidus esset: Ambo-  
bus enim ( inquit) cornibus bovem tenebis, cornua vocans  
Ithomem, & Acrocorinthum: bovem autem Peloponnesum.  
*Vid. lib. 12. Var. lib. cap. 19.*

Byzantium sub Severo Imper. munitum fuit muro præclaro,  
ex lapide molari quadrato. Fuerunt autem turres septem à  
Thraciæ porta ad mare pertinentes: in quarum primam si quis  
B inlasciasset, & lapidem coniecisset, cum ipsa resonabat,  
tum eundem sonum secunde, & cæteris omnibus quasi per  
manus tradebat. *Suidas ex Dione.* Veteres muros Herodia-  
nus scribit quadrato lapide tam artificiosè constructos, ut nul-  
lis favorum coagmentis extantibus, tota murorum facies ex  
uno consistere videretur lapide. *Sab. lib. 5. Euv. 7.*

Belgium inter alias Europæ Provincias munitissimis abund-  
ant Civitatibus, inter quas non infimo loco duccenda est Ant-  
uerpia emporium Christiani orbis munitissimum, non tam  
natura loci, quam arte. Per civitatem enim bella, quæ jam an-  
nibus penè lx. miserè hæc Regionem depauperant, factum, ut  
quælibet pars, quæ se neceat, omnes ingenii, & Reipub. ner-  
vos in munitionem oppidorum, & arcium exeret. Sic ut dice-  
re audeam, plures in solo Belgio munitiones etiam arduas, &  
insuperabiles reperiri, quam vel maximo, ac celeberrimo reli-  
quæ Europæ regione.

Non munita.

Judæi sub Æthiopiis, sive Messia, quem sibi spe vanissima  
reproponunt, putant Zachariæ prophetiam carnaliter esse  
C intelligendam, quod tantam Hierusalem habitura sit beatus-  
dinem, ut præ multitudine hominum, & omnium iumentorum,  
murum habere non possit: sed murus sit ipsius Domini  
defensio, & illius in medio habitantis gloria perseverat. *He-  
ron. lib. 1. Com. in Zachar. cap. 3.*

Lacedæmonii diu urbem suam sine fossa, ac muris incolue-  
runt, quæ ab eis demum cincta est, sed rudis, & tumultuario  
opere, contra Demetrii, & Pythi exercitus. At Nabidis tyran-  
nide firmissima mœnia extruxerunt, quæ ab Achæis sunt di-  
ructa. *Plut. in Philop. & Pauf.* Ante Leutricam cladem nullos  
in Laconia hostes confecerant Spartani, quamvis antè quin-  
gentis annis nullo vallo, clausuræque ambitu septam, ur-  
bem suam habitassent, testis in Agefilao Plutarchus. Quorum  
hac in restitutum, quæ jam divinitær vir prudentissimus id,  
quod evenit, damnat *lib. Polit. 7. Arist.*

DIVITIAS, POTENTIAM,  
AMPLITUDINEM.

D Thebæ Ægyptiorum opulentissima civitas. *Vide Tit.  
Perfidia parentum erga liberos.*

Aufonius earmem de claris urbibus Roma, Constantinopoli  
Carthagine, Antiochia, Alexandria, Treveri, Mediolano, Cap-  
ua, Aquileja, Arelate, Emeritha, Athenis, Tolosa, Narbone,  
& Burdigala patria adhuc extat.

Babylon in campo jacet, muri ambitum habet 300. & 85.  
stadiorum. Ejus crassitudinem pedum 32. altitudinem inter-  
turres cubitorum quinquecentorum, turrium ipsarum sexage-  
centorum, viam super moenibus tam latam, ut quadrigæ occurren-  
tes facile pertransire possint. Unde & hoc ex 6. spectaculis  
unum dicitur. Item hosti pensilem in figura quadrata, quorum  
latus quodlibet quaternum est jugerum. Hi fornicibus conti-  
nentur sese in forscipis modum intercidentibus, sitis super pilis  
in aleatoriorum tabellarum formam, alius super alia postarum  
Pile concavæ sunt, & terra plene, ut arbores maximas consi-  
tas recipere possint, ex lapide cottili, & bitumine structæ, tam  
ipse, quam fornicis, & fornicum intersectiones. Supremum  
tabulatum ascensus scalares habet, & cochleas ipsi adiacen-  
*B. L. Theat. vit. Human. Tom. VII.*

tes, per quos continuè aqua ex Euphrate in hortos affereba-  
tur, ab hominibus ad hoc ipsum confectis. Nam flumen  
mediam urbem interluit, ejus latitudo stadium occupat, hor-  
ti super flumine sunt, ubi etiam Bel sepultura celi eruta,  
quam Xerxes eruit, ut fertur. Ea pyramis quadam erat qua-  
drata, ex latere coctili structa, stadii altitudine, cujus quod-  
que latus stadium obtinebat. Hanc Alexander reparare voluit:  
sed cum multi laboris esset, & multi temporis ( nam solum  
ad expurgandum terram 10. milibus hominum, duobus  
mensibus opus erat) quod inceperat perficere non valuit.  
Illic enim morbus, & mors consecuta est. Id postiorum nê-  
mo curavit: quin etiam reliqua neglecta sunt, & urbis par-  
tem Persæ diruerunt, partem tempus consumpsit, & Macedo-  
num negligentia, præsertim ubi Seleucus Nicanor Seleuci-  
am ad Tigrim condidit ad stadia 300. Babyloni proximam.  
Nam & ille, & posteri omnes circa hanc urbem maximo opere  
studuerunt, & Regni caput effecerunt, ita ut Babylone ma-  
jor efficeretur, postmodum deserta, ut de ea dici poterit:  
Magna civitas magna solitudo est. In ea propter lignorum ino-  
piam ex palmaceis trabibus, & columnis edifica faciunt. Cir-  
cum columnas funes ex torta stipula confectos ponunt, postea  
exillinentes coloribus pingunt. Porta bituminata, & alta  
sunt tam ipsæ, quam domus, quæ omnes propter lignorum  
penuriam sonificantur. Nam regio magna ex parte nuda, ni-  
hil habet præter frutices & palmam, quæ & in Babylonia, &  
in Susiana, & in ora Persiæ, & in Carmania permuta est.  
Imbricæ autem non uruntur, cum imbribus careant. *Strabo  
lib. 16.* Ejus vastitatem illo argumento maxime comprobat  
*Politic. 3. Aristot.* quod capta quandoque ab hostibus urbe,  
tertio demum die vix id perferentur nisi ultima. *Cælius lib. 8.  
c. 12. Antiq. Lib. De ea sic Plinius:* Babyloni Chaldaicarum  
gentium caput diu summam claritatem obtinuit in toto orbe,  
propter quam reliqua pars Mesopotamiæ, Assyriæque Babylonia  
appellata est, lxx. passuum amplexa muris ducentos penes  
ales altis, quinquagenos latis, in singulos pedes ternis digi-  
tis mensura ampliore quam nostra, interfluu Euphrate, mi-  
rabili opere utroque. Durat adhuc ibi Jovis Bel templum.  
Inventor hic fuit sideralis scientiæ. Ceterum in solitudinem  
redit, exhausta vicinitate Sælicæ, ob id condita à Nica-  
nore intra nonagesimum lapidem in confluentem Euphratis fos-  
sa perducta, atque Tigris, quæ tamen Babylonia cognomina-  
ta, libera hodie, ac fiji juris, Macedonumque moris. Fer-  
runt et plebis urbana decem esse: situm verò moenium Aquilæ  
pendentis alas: agrum totius orientis fertilissimum. In-  
vicem ad hanc exhauriendam, Ctesiphontem juxta tertium  
ad ea lapidem in Calonicide condidit Parthi, quod nunc  
est caput Regni, & postquam nihil proficerebat, nuper  
Vologesus rex aliud oppidum Vologeto certam in vicino con-  
didit. *Plin. lib. 6. cap. 36. Vide etiam Diod. lib. 3. & Ju-  
stin. lib. 1.*

Babylonia amplissima est omnium urbium cogniti orbis, si  
præcæ structuræ mœnium ambitus rectis dimensionibus æsti-  
metur: nam urbis Romæ magnitudinem exuperat. Sed in tanta  
vastitate videre est præter cultissima rura, & innumerabiles  
hortos ædificiis conjunctos, atque item peramœna viridaria,  
pomiferis, & odoratis consista arboribus. Visuntur etiam læ-  
tissima arva, quæ ad segetem aratris profcunduntur, nec in ea  
sylvæ, nemoraque desunt, captivis, & inclusis feris dicata, ut  
ad voluptatem præfectorum, atque primatum jucunda, atque  
expedita venatio suppeditetur. Mediam urbem interfuit Eup-  
hrates, lapideo sumptuosi operis ponte junctus. Is à con-  
fluentem Tigris amœna suis, atque alienis perficit undis, ut ma-  
joribus etiam navigiis usque ad Oceanum Persicum tutissimè  
pernavigetur. *Jovius lib. 33.*

Ecbatana, quæ sunt in Media, ducentorum, & quinquaginta  
stadiorum ambitum habent, totius Mediæ regia. *Diodor.  
Siculus lib. 17.*

Ninive Assyriorum Metropolis erat, ad quam perge-  
bat Propheta Jonas, civitas magna, & tanti ambitus,  
ut vix trium dierum post iter circumiri. At ille præ-  
ceptis, & superioris naufragii memore, viam trium dierum  
unius diei festinatione complexit: quantum sint, qui in-  
telligant, quod in tertia tantum parte urbis prædicave-  
rit, & ad reliquos consecratis prædicationis sermo perve-  
nerit. *Hieron. in Fone caput 3.*

Antiochiam Syriæ metropolim magnitudine simul, aliaque  
felicitate sine dubio tertium inter omnes urbes, quæ in Romano  
orbe erant, Vespasiani tempore, locum occupasse, *Jose-  
phus lib. 3. cap. 1. arbitrat.*  
*Strabo Geographia 1. 16. Seleuciam ad Tigrim, ait, Babylone  
majorem*

maiores fuisse; sed pleraque sui parte desertam, ac iure opti- mo de illa dici posse, quod de Megalopoli Arcadiæ civitate dixit comicus quispiam:

*Ἐπιπέτα πόλις ἢ μὲν ἄρα πάλαι. Ἴδ' ἐστὶν, Ἐστὶ magna solitudo, magna civitas, Ἐραστus.*

Alexandria Ægypti, Neronis tempore, in longitudine stadia triginta, in latitudine decem habuit. *Jos. lib. 2. c. 16. belli judæici.*

Memphis hodie vasto ambitu tres ingentes urbes complectitur: sed hæ rariter inter se junctæ ædificiis unam efficiunt, quarum frequentissimam hodie novum Cayrum appellant. Ea in longitudinem sex miliarium, secundum Nilum amnem protenditur: & ab Nilo passus mille, paribus semper intervallis distat: latitudo ejus decem stadia non excedit. Media in urbe arx est molli tumulto imposita, cujus amplitudinem & elegantiam potius, quam munitionem nostri homines admirantur. *Sab. Supplem. lib. 8. ex Jovio.*

Palibotra omnium Indiæ urbium amplissima, & ditissima. *Plinius lib. 6. cap. 19.*

Athenas Græciæ totius Mæzæum, Græciæ firmamentum **B** Pindarus: Thucydides in epigrammate in Euripidem, Græciæ Græciam nominavit: Pythius Græcorum domum, atque Prytanæum. *Atten. lib. 5. cap. 2. Aristophanes in Horis, pulchras Athenas ita laudavit: Videbis per mediam hyemem, cucumeres, uvas, poma, violarum coronas. Idem lib. g. c. 2.*

Corinthus urbs locupletissima, propter mercimonia. Itaque Homerus etiam ἀφρονέως ἕνεκα, appellat in Navium catalogo. Eustathius hunc versum olim proverbio fuisse celebratum ait:

*Ἐὸς μοι τῆς μετὰ κρηίδος καὶ σκυῶνος. Ἴδ' ἐστὶν, Sit tibi quod Sicyonem interfacet, atque Corinthum.*

Id inde venit in Adagium, quod urbs utraque esset opulentissima, atque longe feracissimi intererant. *Aristophanes in Avibus*, indicat ex oraculo natum:

*Ἄλ' ἴσθαι ἀνθρώπων λόγον ποταμὸν καὶ κρηίδος, Ἐν αὐτῷ τῆς μετὰ κρηίδος καὶ σκυῶνος. Ἴδ' ἐστὶν, Corinthis cana, lupusque ubi eadem sede morantes, Quod spatium Sicyonem dividit, atque Corinthum.*

Interpres adscribit, Æsopo consulenti de paradisi opibus ita responsum fuisse:

*Ἢ τὸ μέγιστον κρηίδος καὶ σκυῶνος. Ἴδ' ἐστὶν, Sit teneas, quod agri Sicyonem, interque Corinthum est.*

Romæ urbis nota majestas, & amplitudo, vel ex Propertii libro 3:

*Omnia Romana cedant miracula terræ: Natura hic posuit quicquid ubique fuit.*

Sub Vespasiano Urbis ambitus fuit XIII. MCC. passuum, septem complexus montes, portas XXXVII. anno urbis D. CCC. XXX. *Plin. lib. 3. cap. 5. Constantius Imp. victo Magnentio tyranno, Romanam urbem intrans, comite Ormisda regis Perfarum filio, nobilitatem Urbis cum majestate est admiratus: verissimum fuisse dicens Cineæ testimonium, apud Pyrrhum affirmantis, Romæ non civem vidisse, sed reges. Derisus tamen, cum triumphales arcus aureo suo curru transgressus, more anferis cervicem inclinaret, cum esset aliqui statura pusilla. Et cum nimium se efferret Constantius (Domitianum credo superare annis, qui se Dominum, & Deum scripsit) totius fere orbis dominum appellavit: cumque Ormisda Persæ, qui pone sequebatur, dixisset, se equestrem locatorem*

D statuat, quæ Trajani, & aliorum omnes superaret (nam Trapeii Jovis delubra, Pantheum, Pompeii theatrum, Trajani forum, & urbis singula ædificia admiratione digna, attonitus spectabat) sacerdotissimè Ormisda respondisse fertur: Prius oportere stabulum fieri molis equi capax, si vellet opus hoc procedere. Quo scommate tactus Imperator conticuit. Sed iterum interrogatus Ormisda, Equid de Roma sentiret? Id tantum sibi placuisse aiebat, quod didicisset se ibi quoque homines mori. *Cassio.*

Capua validissima urbs multitudine civium, incolarumque, & post Romam olim florentissima omnium Italiæ civitatum Hetruscorum colonia, Vulturum primò, Capua deinde à duce eorum Capio, vel quod propius vero est, à campestri agro appellata fuit. Circum enim adjacent campi omni fertilitate terræ, pulchritudineque agrorum insignes, quos viros appellant Græci. *Auctor vitæ Annibalus.*

Gadum urbem, *Strabo* inquit, post Romam urbem, cæteras urbes mundi antevivisse: & cum illi ager nullus esset, omnem illius urbis incolæ ad navigationem se contulisse in asportandis Romam rebus mercatoriis, maximeque eis, quæ ab

Hispania exportabantur. Adicit, cum census semel exigereur ex ea repetos esse in ea militaris ordinis equites quingentos: **B** quod nusquam in aliqua civitate Italia compertum, quam in Patavio urbe.

Marocæ Mauritaniæ urbes, prope Atlantem montem, inter maximas orbis non postrema ultra centum millia domorum circuitu suo complectebatur, portas habens vigintiquatuor. Sede regia, & Academia nobilissima insignis. Vix tamen quingentis duravit annis, regno Fessam translato deserta. *Joan. Leo lib. 2. cap. 45. Africa.*

Carthaginis urbis, Romæ æmula, potentiam præsertim ex ultimo bello perspicua est, in quo à Scipione Æmiliano everfi sunt, & urbs funditus deleta. Nam in initio belli trecentas urbes in Lybia habebat: in civitate hominum millia septingenta. Obfessi verò, & in dedicatione coacti, armaturarum dederunt ducenta millia: bellicorum instrumentorum tria millia, tanquam non amplius bellaturi. Sed cum rursum bellum gerere decrevisset, mox arma fabricare constituerunt: unde singulis diebus centum, & quadraginta clypei confecti, in armamentarium referbantur, & gladii trecenti, & lanceæ quingentæ, & mille tela millia. Ancillæ funes ex pilo confectos præbebant. Adhuc naves duodecim stabant ab anno quinquagesimo ex fœderibus in secundo bello percussis. Tunc cum jam in arcem confugissent, duobus mensibus centum, ac viginti navæ cataphraxis constituerunt, & cum Cohonis officium afferretur, aliud effodere, unde subito classis erupit: adhuc enim antiqua materies aderat, & laborum multitudine publicè conductâ assidue operabatur. Et quoniam Carthago talis esset, tamen capta est, & deleta. *Strabo lib. 17.*

Carthago, ut inquit *Salvianus*, Romanis artibus semper æmula, armis quondam, & fortitudine, post splendore, & dignitate urbi Romæ maxime adversaria, & in Africa quasi Roma, universam penitus, qua totus mundus regebatur, in se complexa erat disciplinam eo tempore, quo à Genetricio Vandalarum rege capta est. Illic enim omnia publicorum officiorum instrumenta, illic etiam liberalium scholæ, illic Philosopherum officinæ: cuncta denique, vel linguarum gymnasia, vel morum: illic copia militares, & regentes militiam potentes, illic honor proconfulis, illic quotidianus iudex, & rector, nomine quidem proconful, **G** sed fœderis inter se tam gradum, quam vocabuli dignitate, omnium platearum, & compitorum procuratores, cuncta semper & loca urbis, & membra populi gubernantes. *Signonius lib. 12. Imp. occid.*

Hispalis Bæticæ provinciæ urbs, ambitu magna, forma rotunda, visu pulchra, templis celebris, sacerdotibus exulta, multis æquibus nobilibus, civibus plena, domibus insignis, plateis, & vicis hilaris, hortis, & fontibus amena, tuta propugnaculis, menibus cincta, defensa portis, & turribus, campis jucunda, agrorum frugibus abundans, olivetis, & magnis olivis, & oleo felix, & mercatorum commerciis dives, artibus adornata mechanicis, & liberalibus studiis illustris, plena multis piscium generibus, & magnis ostreis, palmetis, & palmulis, & arborum fructibus exuberans, ostio maris, & navigabili flumine, ligneoque ponte, quem parva navigia catenis compæctum sustinent, admodum delectabilis. Quapropter vestrum est, quod vulgò dici solet: Hominiibus, quos Deus amat, Hispali domum largitur, & victum. **H** *Marianus lib. 19. Rerum Hispan.*

DIGNITATEM. HUC

Regiæ Urbis.

Plures regiæ velut regalibus opulentia monumenta, apud pleraque gentes laudibus celebrantur. Circha, & Utica Mæsyliorum regum regiæ fuere: Sybaris Colchorum, Lybs Antæi, Joliubæ, & Zama: Pergamoni Eumænis, Cynare Byblus, Gnosios Minois, Dejotari Blutium, Halicarnassus Cariz principum, Eleusa Archelæi, Napatia Candæcis, Darii vero regiæ fertur Sadraæ in Assyria, Parthorum Sufa, ubi hyemem agunt. Ecbatana, & Persepolis, ubi ætatem, quam Alexander in cunctis facibus incendit. Indorum regum Taxia. In Ægypto Abydus, Tigranis Artaxata olim Medorum, nunc Parthorum. Attali Trallibus, & Sardis Cressi regiæ videbatur, quam Geruliam fecere: Cyri autem regiæ Babylon fuit, quam Susis antea

statuerat,

statuerat. Tameñ Perfarum mos foret, in montibus regiæ **A** facere, in quibus thesauros, & antiquissimas gazas congregabant: ut illas vel amplissimum virtutum monumentum posteris reliquerunt. Mithridatis autem erat Gabis, & Oenotriorum regum Pandosia: Macedonia Demetrias, Iliion Priami, Scepsis Æneæ, Tolgus Pyrrhi. Alexandria verò tres habuit regiæ; unam Lochiam promontorium, alteram Tinionium appellavit Antonius. Musæum quoque pars regiæ fuit. Etiam in Antiochia Assyriorum regum regiæ ferebatur: sicut Sogdiana gentis in Maracanda: Sami, Polyæris. Alexander autem Macedo præcipue Arabiam, quam sedem imperio delegerat, totius imperii regiæ destinavit. *Alexander lib. 2. cap. 6.*

Babylon olim Assyriæ fuit metropolis, nunc Seleucia est, quæ ad Tigrim dicitur. Prope eam vicus maximus est nomine Ctesiphon, in quo Parthorum reges hyemabant, Seleucia parentes, ne à Scythica, & militari natione opprimeretur. *Strabo lib. 16.*

Mediæ metropolis fuit Ecbatana, quæ etiam Parthi regiæ utuntur. Nam reges ibi ætatem agunt (frigida enim est Media) hyemem vero Seleucia, quæ secus Tigrim est, prope **B** Babylonem. *Strabo lib. 11.*

Persæ, ac Syrus, superatis Medis, cum propriam terram in ultimis sitam viderent, Susiam verò interius, & Babyloniam, & aliis gentibus propinquam, in ea imperii sedem locaverunt. Sufa à Tichono condita dicitur, Memnonis patre, ambitu centum, & viginti stadiorum, figura oblonga, cujus arx Memnonium vocabatur. Urbis moenia, & templa, & regiæ structura erant Babylonis similia, ex coctili latere, & bitumine, ut quidam ediderunt. Polyclus dicit eam sine moenibus fuisse ducentorum stadiorum ambitu. Cum regiæ apud Sufa maxime exornasset, nihilominus Persepolis, & Pasargardas magnopere colerunt. Nam & gazæ, & thesauri, & Perfarum monumenta ibi erant, ut in locis progenitorum munificibus. Erant etiam regiæ aliæ Galbis in superioribus Persiæ partibus, & in ora juxta eam, quæ Oca dicebatur. Cynrus Pasargardas habuit in honore, quod ibi Atyagem Medum ultimo prælio superavit, & Asia imperium in se transtulit, urbe condita, & regiæ constructa in memoriam monumentum Alexander vero dicto Dario, pecuniam omnes, quæ in Persia erant, Sufa exportavit: quæ tanquam & ipsa thesauri, & **C** supellestiles plena erant: non tamen eam regiæ estimabat, sed Babylonem, quam in animo habebat illis omnino anteferre. *Strabo lib. 15.*

Jezael, quæ nunc juxta Maximianopolim est, metropolis fuit regni Samariæ: prope quam sunt campi latissimi, & vallis nimia vastitatis, quæ plus quam decem millium tenditur passibus. In hac commisso certamine, ab Assyriis cæsus est Israel, id est, decem tribus: quod ab Hieroboam de tribu Ephraim, qui primus schisma fecit in populo, appellata sunt Ephraim. *Hieron. lib. 1. Com. in Osee c. 1.*

Sardis urbs Lydia potentissima, & ditissima, quæ ejus, qui præfecturam maritimam nomine regis Perfarum administrabat, ita regiæ erat uti Sufa in Perside ipsius regiæ. *Pausan. in Lacon.*

Sub Paryadræ montis radicibus, Cabira sita sunt, Mithridatis Pontis regiæ sedes: ubi sunt vivaria, & vicina venationes, & metalla. Cum Pompejus Cabira struxisset in urbis modum, ac Diopolim nominasset, Pythodoris regina Ponti Polemonis vidua, eam auxit, & Augustam appellavit, pro regiæ **D** usa. *Strabo lib. 12.*

Mazæchorum urbem ad Argaum montem, quoniam plurimis rebus incommoda sint, eam tamen reges Cappadociæ ad habitandum præcipue videntur elegisse, quia locus totius regionis medius erat, & lignis, & lapidibus abundabat & herba, quæ plurimum ad alenda pecora indigebat. Nam ea urbes licet muris carens, quodammodo illis castra erat: turæ tal, ex munitionibus & castellis habebat, quæ ibi plurima sunt, alia regiæ, alia amicorum. *Idem.*

Tolgus Pyrrhi Epirotarum principis regiæ, à Cypselo edificata ad sinum Ambracium. *Strabo lib. 17.*

Licentis ubi Maximino Nicomediam, cum conjugæ Constantia, Constantini Magni foret, ovans inivit, eamque urbem Diocletiani, & Maximini more post sedem Orientalis Imperii habuit. *Signonius lib. 3. Imp. occid.*

Ravennam Honorius Imperator sibi, atque Occidentis imperio sedem, urbe Roma relicta, constituit. Quod institutum successores quoque illius tam Imperatores Romani, quam reges Gothorum custodierunt. Ex quo reges maximis, cum ædificiorum privatorum, publicorumque operibus, tum non me-

L. B. Theat. vit. Human. Tom. VII.

diocribus civium, atque incolarum opibus crevit. Eandem quoque Valentinianus III. pro imperii sede habuit, omnique monumentorum, atque ornamentorum genere insignivit. Nam ædem divi Joannis Evangelistæ ex voto construxit, & ducta ex Pado fossa flumen ipsum derivavit, atque ad moenia Urbis deducendo, partem in urbem infudit, partem moenibus circumfundit, ita ut non solum commercium ferret civibus, sed etiam firmamento murorum. *Ex Sistonio Signonio lib. 12. Imperii occid. lib. 15. Regni Ital.*

Camelodunum primaria, regiæque sedes Pistorum olim, potum habuit aptissimum hyemandis navibus: nunc cæno, herbarumque radicibus limo concretescentibus, oppletum in amœnissima prata conversum. *H. Boetius lib. 1.*

GATHELUS Scotorum regni in Hispania, in Brigantia urbe, quæ Compofella hodie est, auctor, marmor Cathedra in morem efformato infidens jus dixit. Cui ea accessit auctoritas ut Scotorum regni, ubicunque terrarum reperiretur, constituendi omen facere crederetur. Proinde Simon Brechus ab Hibernis ex Hispania in regem evocatus, marmor illud secum extulit. Multoque post Fergulius ex Hibernia in Albionem traiecit, secum una venit, & in Argathella constitit. Cui deinceps longa successione, usque ad Robertum primum Scotiæ reges infidens coronari solebant. Lapidis multo post hoc additum distichon:

*Ni fallat fatum, Scoti quocunque locatum Invenient lapidem, regnare tenentur ibidem.*

*H. Boetius lib. 1.*

Evonium veterum Scotorum regia. *Idem.*

CLONOVUS Francorum rex, victo Alarico Vestgotho, Parisiis basilicam nomini S. Petri construxit, ac regni domicilium collocavit: ex quo ab hominibus celebrari Parisiensis civitas coepit, demum ad immensam opum magnitudinem est evecta. *Signonius lib. 16. Imp. occid.*

PIPIUS Caroli Magni filius Alpes transgressus, Mediolani regiæ delegit, quod ea florentissimæ regionis urbs, secundum Romanam longè princeps totius Italiæ esset: & ut Ravennam ad res Orientis Latinis, Græcis, Ostrogothis opportuna fuerat, ita hæc Francis idonea viâ est velut arx, & specula Italiæ, Galliæ, Germaniæque. *Æmil. lib. 2.*

INDO Gothorum, & Sueonum rex, celebratis apud Upsalam comitiis, inviolabili decreto (contentionibus Principibus, populisque Sueonum) statuit, ut caput & regni fides Sveciæ in metropoli Upsala deinceps cerneretur, quemadmodum olim Hamelux rex præceperat, quod illic etiam præcipua ædiorum cultura esset. *Joan. Magnus lib. 17. cap. 11.*

STOCHOLMIA regiæ, & emporium Sueonum, munita natura, & arte, sita est in paludibus, instar Venetiarum. Inde sortita est nomen, quod sita in aquis, fundamenta sint palis stabilita. Mare eam ingreditur duobus ramis, tam largis aquis, ut naves onerariæ extensis velis, & toto onere invectantur. *Zieglerus in Scandia.*

SUCCESSIONEM. HUC Metropoles.

Nidrosia super australi ripa, omnium Ecclesiarum per Norvegiam, Islandiam, Gronlandiam, & insulas adjacentes, metropolis. Fuit nobilis in primis civitas, sub flore Norvegiæ imperio, continens in ambitu Parochias (quasi dicæ regiones urbis) vigintiquatuor. Nunc in viciniam ferè redacta est. **H** Vocatur lingua Germana *Zrutbaim*, quasi Druidum domicilium. *Zieglerus in Scandia.*

Coloniam.

Valentia filia Ilerdæ metropoleos. *Sub Titulo, Fortitudinis fructus dignus.*

PULCRITUDINEM. URBS ÆNEA.

Celeberrimi omnium ob delicias Persæ, quorum reges Susi hyemabant, ætatem debebant Ecbatanis. Sufa ob loci amoenitatem vocata fuisse, scriptum reliquit Aristobolus, ac etiam Chares. Est enim Sufum, Ilium. Versantur per Anctunnum in Persepoli, ac reliquam totius anni partem in Babylonia. Parthorum reges Rhagis vere comitantur, hyemant in Babylonia.

Rhodi, & Syracusis nunquam tanta nubila obducuntur, ut non aliqua hora sol cernatur. *Plin. lib. 2. cap. 62.*

Urbes Siciliae Triocata dictam volunt ex eo, quod *τρία κρηνα* (id est, tria pulchra) ei essent. Primum, quod scaturigines plurimae aquarum in ea extarent, quae dulcedine magnopere commendarentur. Deinde quod adjacentes agri vinea simul, & oliveta haberent, essent vero & cultura mirum in modum idonea. Postremo, quod natura locus ita munitus foret, ut nihil supra posset: quippe qui magnam quamdam, & inexpugnabilem haberet rupem. Eam Tryphon serorum rex, bello servili, ambrus, qui mille passus amplexus, cum cinxisset, fossaque in summam altitudinem perducta circumdedit, pro regia sua habuit, omnium, quae humanae vitae usus postulat, abundantia refertam. Construxit insuper basilicam: forum item numerosae hominum turbae capax. *Diodorus lib. 36.*

Urbs Granata, quae ex antiquae Illiberis ruina crevit, mali Punici ex maturitate perrupto cortice sese aperientis formam refert. Nam duae ex adverso exurgunt Regiae oppolitae in colibus aliquanto majore amoenitate, quam munitionis studio à delicatis regibus edificatae. Odoratis enim citriorum arborum viridariis, & perennium fontium scaturigine, vermicularumque passim pavimentis admirabiles exiuntur: ita ut imagine quadam sicuti navi, haec urbis proram, illa vero puppim obtinere videantur. Media namque vallis domorum frequentia celebris urbem differminat. *Jovius in Consilio.*

FREQUENTIAM. URBS POPULOSAE.

Est locus quispiam, ut auctor est *Suidas*, in Leontide, cui nomen *πρωμα*, id est, Fluvii. Hujus incolae *πρωμαίοι*, quasi Fluviales dicuntur. Hi notati sunt, quod quamplurimos in suam civitatem adscriberent, quos ea non satis commode caperet. Atque hinc proverbialis locus: *πρωμαίος δὲ ἀνὴρ ἰπὸς ἄλλοις*, quod cum fluvius esset, id est, locus non admodum amplius, mare videretur amulari, cum omnes undecunque in sese reciperet. *Erasmus.*

Non longe aberraret fortasse à scopo, quisquis totius habitatae terrae compendium Romam appellaverit, in qua omnes civitates commemorantes facile intueri licet & particulatim, & quamplurimas: ut Alexandrinorum auream, Antiocheorum pulchram, Nicomediorum ornatissimam, omnium praeterea splendidissimas, quotquot Jupiter aspicit, Athenas. C. Neque vero dies unus sufficeret, ad commemorandas civitates, quae in urbe Romana continentur, sed omnes vix per anni spatium ob multitudinem commemorarentur: omnes namque ibi nationes habitant, Cappadoces, Scythae, Pontici, & alii complures: hi sunt enim totius habitatae terrae compendium. *Athen. lib. 1. cap. 15.*

Argentum olim urbs octies centena millia hominum inhabitantium habuit. *Vide in 1. Graecorum Epigram. recte μῆτρα ἄνθ' appellatur.*

ARTEM INDUSTRIAM HABITANTIUM. URBS NOBILES.

Mercimoniis, Emporia celebra.

In Celanorum jugis, quae ad Lyconiae pertinent, urbs fuit nomine Celanis, qua destructa, Antiochus Soter homines transfudit in eam, quae postea Apamea dicta est, & urbem D appellavit de nomine matris Apamiae Artabazitiliae, quae Seleuco Nicanori nupta fuit. Urbs in ostiis Maris sita fuit, qui medium urbem percurrunt, in Maandrum exonerabant. Insigne hic emporium fuit, secundans post Ephesum ferens laudes, & commune Italicorum, & Graecorum hospitium habuit. Non procul hinc lacus extat, qui calamum gignit ad tibiarum ligulas idoneum: hinc fabula confecta est de contentione, quam cum Apolline Maris habuit. *Aeneas Sylvius cap. 61. Athes. ex Strabonis lib. 12.*

Tartessus emporium nobilissimum. *Vide Titul. Mercatorum.*

Vetus emporium in Aegypto fuit sola Naucratis urbs. Quod si quis in aliud aliquod Nilii ostium applicuisset, is necesse habebat de jurare, se venisse invitum, datum iurejurando, quod eadem navi ad Canobicum navigaret: & si id minus per contrarios ventos posset, onera fluvialibus navigiis circumagere lustrando Delta, donec perveniret Naucratem. Ita Naucratis in honore erat. *Herod. lib. 2.*

Caditis urbs Aegyptiorum, qui Palaestini dicuntur, non minor

quam Sais, emporium habet celebre. *Herod. lib. 3.* Smyrna, in Hermæ sinus recessu, emporium fuit celebre olim, unde frumenta & vicinis agris convecta, à peregrinis coemebantur. *Herod. in Homerici vita.*

Emporium Pherae Thessalicae habent Pagasae, nonaginta distans stadiis: quo ex loco Pelias Jasonem, ac navem Argo foras emisit. Pagasae autem ideò dictas esse ajunt, quia eo in loco navem Argo compegerit. Alii vero similibus existimant, loco ipsi nomen impositum propter vicinos fontes, id est, *πρωάς*, qui frequentes aquarum uberem effundunt. Juxta quoque sunt Aphetae civitas, id est, emissio, quia hinc emissi fuerint Argonautae. *Strabo lib. 9.*

Corinthus, Graeciae emporium appellatur à Thucydide, ad Isthmum Peloponnesi sita, geminum habebat portum, quorum Lechaeus Asiae, Cenchræus propinquus est Italiae, utroque ex loco faciles invicem mercium commutationes faciens, tantumdem remotis utrinque gentibus. Fuit autem, cum fretum esset, non tuta profectio navigatio, quod quidem antiquioribus annis freta contingit Siculo. Idem nec maria ipsa praefertim supra Maleam, propter adversos ventorum flatum. Inde est natum vulgò proverbium: Cum Maleam deflexeris, domesticos obliviscere. A stasiatibus, Italique mercatoribus gratissimum erat, omisso ad Maleam cursu, Corinthum divertere, advectis èo mercibus. Ubi & importatarum, & exportatarum è Peloponneso rerum, vegetigalia pendebantur. Illuc quoque in Isthmorum celebratione ludorum multitudo conyenarum concurrebat. Ipsi quoque Bacchiadae annis fernè ducentis urbem dominatione tenebant, & tyranni locupletissimi, & numero plurimi, & genere clari evadentes, & emporium ipsum, adempto metu, fructuosum possedere. Cypselus autem, hinc destructus, tyrannidem occupavit. Cujus divitias oblatum Olympico templo domum restatur, eximiae magnitudinis simulacrum, solido ex auro, quod in tertiam usque generationem domus ejus perduravit. Demaratus quoque ex Corinthi potentissimus unus domesticas fugitans factiones, tot domo fecit opes tulic in Ethruriam, ut urbis, quam civitate donatus adit, princeps existeret, & filius ejus Tarquinius Priscus Romae potius sit regno. *Strabo lib. 8.*

Templum hic erat Veneris, adeò locupletatum, ut plus mille puellas haberet, quas Corinthii Veneri consecrarent, ut in ejus honorem profectant. Itaque harum gratia frequentes in urbem multitudinè undique confluebat, unde civitas majorem in modum ditabatur: quae in negotiatis, honestis, ho- G spites, ac nautae, propter urbis luxum, delicatissimae, immoderatos sumptus facientes exhauriebantur. Atque hinc manavit vulgò proverbium: Cuiuslibet non est Corinthum appellere. *Horatius, Ep. Aul. Gellius lib. 1. c. 48. ad Laidem nobilitatorem referunt Adagium.*

Delum Corinthus à Romanis eversa auxit. Eò enim negotiatores commigrarunt, cum eos & templi immunitas accerseret, & ipsius portus invitaret occasio. Etenim ex Italia, & è Graecia in Asiam navigantibus commodissime jacet, convenientium quoque frequentia rei mercatoriae conducit: interque ceteros maxime Romani in ea familiariter versabantur, etiam stante Corintho. Athenienses redacti in potestatem insulae, & factorum & negotiatorum curam suscipere praecipiam, Mithridatici vero duces eam invadentes, tyrannusque illam ad desciscendum impellens, cuncta vastarunt. Domum regis regresso, Romani denum desertam recuperant insulam, in summa inopia, Atheniensium ditiori subdita. *Strabo lib. 10. H.* Antiquissima aris gloria Delico fuit, mercatus in Delo celebrante toto orbe, & ideò cura officinis trieliorum pedibus, suleritque. *Plin. lib. 34. cap. 2. Strabo lib. 14. refert hujusmodi proverbium: ἰπὸς ἀνὴρ ἰπὸς ἄλλοις, ἢ ἰπὸς ἀνὴρ ἰπὸς ἄλλοις* id est, Mercator ad navigia exponit, omnia divendita sunt. Ait natum à Cilicibus, olim piraticam exercentibus, quorum praecipuus quaesitus erat ex mancipiis, quae propter opportunitatem loci facile capiebantur, & celerissime distrahebantur. Quod Delus, quae non procul aberat, emporium praefertat & amplum, & pecuniosum, ut illic eodem die praesente pecunia, multa mancipiorum millia distrahi possent, & avehi: In causa erat illud quoque, quod Romani ex Carthagine, Corinthoque subvertis vehementer locupletati fuerant, coque pluribus mancipiis uti coeperunt.

Bosphoranorum Metropolis, qui sunt in Europa, Panticapaeum est, Aitanorum vero Phanagorium. Phanagoria emporium est earum rerum, quae ex Maotide, & ulteriore Barbarorum regione importantur. Earum vero quae mari advectuntur, Panticapaeum. *Strabo lib. 11.*

Chryso-

Chrysolis, mercatus Chalcedoniae, ubi Graeci, qui apud A. Cyrum stipendia fecerunt, septem dies manserunt, ut praedam viderent: ut ait Xenophon. *Suidas.*

Comana pontica hominibus abundans, in regione Armeniorum emporium. Incola multitudine maxima, & operantium, quae magna ex parte sacrae sunt. Haec enim civitas quasi quaedam parva Corinthus est. *Strabo lib. 12.*

Florenti imperio Romano, Lugdunum Galliae urbs, & opibus, & viris mirifice claruit, Emporium ibi celeberrimum habebatur, magno civitatis usui accommodatum, aurea, argenteaque moneta ibi cudebatur, ducesque à Romanis designabantur. Templum quoque nobilissimum communi Gallorum impensa factum, Augustoque Caesari dicatum, quod stabat ante urbem, ubi fluenta coeunt: in quo ara est dignitatis eximia, & earum singularium una statua, altera subinde ingens ara sita est. Ad aram, poetarum, ceterorumque scriptorum certamina agebantur: ubi quicumque succubuisse, aut sponsia delere scripta, aut in profectum demergi cogeatur. *Bonifacius lib. 4. Dec. 1.*

Julinum praclarum Vandalorum emporium, circa annum Christi 900. tantis opibus, mercatorumque negotiis frequens, quae vix tota habuit Europa, sola Constantinopoli excepta. Ibi Russi, Dani, Sembi, Saxones, & ipsi Vandali suas incolere plateas: eraeque illa terra, marique venientium lex, in quam jurare cogeantur. Nullam se illius novae religionis facturos mentionem, quò minus Ethnicus illorum cultus turbaretur: & sic tandem commune municipij jus advenis erat, cum ejus oppidi civibus. *Crantz. in Vand. lib. 2. cap. 33. & 34.*

Birca Sveciae metropolis olim, non longe ab Upsala. Ejus incolae piratarum incurSIONibus saepius impugnat, cum vi, & armis non possent resistere, sinum maris impacati per centum, & amplius aequa latentium molibus faxorum obstruentes, & periculum aegre suis, ac praeonibus iter fecerunt. Ad quam flationem, quia tutissima est, in maritimis Sveciae regionibus solum Danorum, Normannorum, Vandalorum, atque Semporum naves, alicuique Orientis populi, pro mercaturis suis emporium constituerunt. *Crantz. lib. 3. Metrop. cap. 6.*

Celebre emporium Francofordia ad Menem, quasi in medietate situm Germaniae, locus deligendi Imperatoris haberi cepit. Primum ibi Arnolphus electus fuit Imperator: coronam tamen non nisi octavo Regni sui anno accepit à Pontifice. *Crantz. lib. 2. Metrop. cap. 18. Carolus IV. à Francofordiensi-bus ad Menem contra Guntherum comitem Schwartzenburgem, qui imperium assidebat, suscepit, & Caesar declaratus: cum aliis privilegij Francofurtum dotavit, tum mercatu annuo gemino, qui etiamnum hodie durat. Anno 1350. Stumpfius.*

Circa annum Salutis 1356. mercatores in Flandria diver-

santes ex urbibus orientalibus (ut illi vocant) cum Brugensibus gravem habere simulatam: quae usque adeò invaluit, ut populariter locum deserentes in Dordracum Hollandiae oppidum se contulerint, ibi publicum emporium constituentes per triennium. Flandrenses, & praecipue Brugenses, Lubice eum ceterarum urbium oratoribus transegerunt, ita ut in antiquum statum redierit emporium. Nunc Stapulam vocant, mutato de Germanica lingua vocabulo. Aggelionem, & comperationem se vocant mercium omnium, quae id genus sunt, ut servando servari possint. *Crantz. lib. 8. Vandal. D. cap. 36.*

Nec est ut illi civitati cedat Antuerpia, si situm, commoditatem negotiationis, adium splendorem, mœniorum robur, agri amenitatem, templorum cultum, ingeniorum acumen, & incolarum comitatem, opulentiam, industriae consideraveris. Urbs hujus tot sunt Encomia, quae quot vel semel eam contigit vidisse. Sic utalium Lipsio, urbium Ocellum, alii Regiam, alii Paradisum quendam, velut Solem aliquem etiam inter splendiores urbes, eam appellent.

De ea lusit hoc Epigrammate Maxim. Urinius, urbi Gandaventi à Secretis, alter fuit facti Martialis. *Regia Mercurij, fortis domus, arca Martis. Merce vigens, opibus turgida, civis potens. Legibus aqua, superba foro, admiranda penate, Turpe stupenda sacra, mole timenda sua. Meta hosti, vindex Lira, casto inclita Gallo, Apta salo, portu commoda, Scaldus vera. B.L. Theat. vit. Human. Tom. VII.*

Orbis miraculum, rerum decor, aurea Phœnix, Vix praesente oculo, vix capienda fide. Nescio quam dicam, minor est vox omnis, à illam Antuerpium ingenti fama sapore sonat.

Nolim tamen hoc Catalogo excludi Londinum in Anglia: Hispaniam in Hispania: Ulyssiponam in Lusitania: Rothomagum in Gallia, uti & Massiliam ibidem: Venetias, Neapolim, & Genavam in Italia: In superiore Germania, Colonia Agrippinam, Noribergam, Augustam Vindelicorum. Calerum oppidum munitissimum, & situ opportunissimum, è quo in Angliam triginta milliariorum tractus est brevissimus, Edoardus III. Anglorum rex de Philippo Valesio Francorum rege bello cepit: & anno 1362. lege lata, ut Anglitantum homines illud habitarent, coloniam eò deduxit. Qui vero sunt ducti, fuerunt viri divites, qui mercium diversarum, & praesertim lanæ commercio, eum locum emporium totius regni celebre fecerunt. *Polyb. lib. 19.*

Anno Salutis 1294. duo praecipua emporia combusta fuerunt, Stocholmum apud Svecos, & Lodovici apud Vetrogothos, forte ut fatali incendio ostenderetur, neutrum sine altero periclitari posse. *Joan. Magnus lib. 30. cap. 24.*

Thorna Bochniae emporium. *Vide Titulum, Bisces ubi reperiantur.*

Cerciacum, vulgò Zurzacum, emporium Helvetiae vetustissimum, jam inde à Tiberii aetate (nam à Ptolemaeo Forum Tiberii appellatur) ubi etiamnum hodie dici naturalis spatio à vespera ad vesperam, bis in anno, merces copiosae distrahuntur, & veluti initia mercatum reliquorum celebrantur, nullo alio Germaniae emporiorum exemplo. *Stumpfius.*

Ornus emporium Felicis Arabiae, cum omnibus abunde, ob concurrens gentium, licet nihil ibi nascatur, mortales habet solertissimos: jactant enim convenae, si mundus esset annulus, Ornus esset illius gemma. *Cardinal. de Rer. varior. lib. 1. cap. 4.*

Malaca est in aurea Chersoneso ad ostium fluminis non valde magni sita, celeberrimum Orientis emporium: quatuor millibus passuum in longitudinem patens, latitudine perangusta. Fluvio, qui medium urbem interfluit, distinguitur: utraque tamen urbis pars inter se ponte conjungitur. *Aedes* & urbis mœnia magnificè, & elegantè extructa. Gens est colorata, & moribus, atque vitae cultu ad humanitatem propensa. Lingua adeò suavis existimatur, ut omnes finitimae regiones, & insulae etiam, quae commercium cum ea civitate ulium habent, valde ad urbanitatem, & elegantiam pertinere arbitrentur, linguam, & orationem civitatis illius usurpare. *Orosius lib. 8. Rerum Emu.*

In India occidentali peninsula, ex Calcutti interituro, duos, parentum nostrorum aetate, nata emporia, longè celeberrima Goanum scilicet, & Cochimense. Illud tamen, quae celeberrima, frequentius efficit, totius per Indiam Lusitanorum imperij administratores, qui Prorege firmas ibidem sedes habet. *Joan. Metellus.*

Opificis.

Toletana civitas Hispaniae mercatorum commercij admodum dives, & praesertim lanificio, & serico. Quibus duobus opificis, lanæ scilicet, & serici, vivunt in hac urbe hominum millia ferè decem. *Marin. lib. 2. Rer. Hisp.*

Colonia Agrippina praeter adium splendorem, omnis generis opifices, idque magno numero habet, praesertim qui circa mechanicam operantur, sic ut vicini Principes exinde arma bellica, & reliqua ad exercitum necessaria abundè accipiant.

Etiam hac laude decoratur Leodium, ferri fodinis, fornacibus, & operarum multitudine, ac frequentia non ignobile Belgiae oppidum.

At Noriberga Noricorum vetusta sedes, illustris Germaniae superioris Civitas, reliquis omnes Christiani orbis, varietate operum, & scartificum excellit, ut penè dixerit Artem ipsam omnes industriae suae venas in eam effudisse, quamvis in perisque ei non cedat Augusta Vindelicorum potentissima, & florentissima urbs.

SALUBRITATEM. HUC URBS, Salubres.

Vide Titulum, Urbes temperatae, Infra.

Fuit Croto Italiae civitas rei bellicae peritissima, nec parvam exercebat athletis operam dedit. In uno Olympiaco I t t 3 cecta

certamine, septem viri, qui ceteros studio superarunt, Crotoniarum postremus est, is reliquorum Graecorum primus est. Vetus quoque proverbium alterum, Crotone salubrius. Quod inde ortum esse ajunt, quia locus ipse ad salubritatem, & bonas habitudines, propter Athletarum multitudinem, plurimum conferat. Plurimos enim Olympicas habuit. Strab. lib. 6.

Intra paludes Venetas urbs maxima Ravenna Augusti Imperatoris tempore tota ligneis compacta aedificiis, aquis diffusa pontibus, ac lembis peragrata. Cum à mari fierent inundationes, non mediocrem accipiebat maris partem, adeo ut hinc fluctu marino, hinc fluminibus ceterum omne exportaretur. Hoc pacto igitur saluberrimus reddebatur locus. Unde gladiatoribus educandis hunc idoneum Magistrum locum designaverunt. Inter cetera ejus loci mirabilia illud est, quod palustribus in locis aer innoxius est, quemadmodum ad Alexandriam Ægypti paludis vitium æstatis propulsum, propter amnis incrementum, simul etiam evanescente ceno. Strab. l. 5. Hujus rei argumentum (Ravenna hodie penitus exsiccata) ex B Ventorum urbe colligi potest, quæ corpora producit maxima, & pulcherrima.

Madrid oppidum Hispania vivis undique silicibus constructum, nulla unquam victus penuria fatigatum, nec cæli gravitate oppressum, Marius Arelius in Hisp. Chron.

\* Bruxella in Brabantia, fontium, sylvarum, ac collium amenitate abundans, etiam saluberrimo aeri, eique purissimo exponitur.

Ut etiam in Flandria Gandavum, trium fluminum derivatione, & agri fertilitate nobile, situ etiam saluberrimum, uti experientur, qui eo ex Batavis, aut reliqua etiam Flandria animilaxandi gratia accurrunt.

Insalubres.

Susia Perfarum, & Medorum regia, quamquam opulenta sit, torridum tamen, & æstuosum aerem habet, præsertim circa urbem. Quapropter ad duo cubita terram rectis imponunt. Domus ipsæ propter onus angusta sunt, & longæ, cum longis trabibus careant, & magnis domibus indigeant, propter æstus Palmaceæ trabes, cum inveterasunt, non eedunt in partem C inferiori, sed in superiori panduntur, propter onus, unde melius cæcum sustinent. Æstus causa dicitur, quod Septentrionem versus montes quidam altissimi imminet, qui omnem borealem flatum arcent. Strabo l. 15.

In Lesbo apud Mitylenem Austro flante agrotant homines, at Coro tussium: à Septentrione in integrum facile restituntur. Verum frigore urgente, in angustioribus, plateis consistere nequeunt: quoniam parum prudenter ab Architectis positum sit oppidum, magnificè aliàs extructum. In quod vitium ne dilabi inter ædificandum Athenienses possent. Andronici cura octogonos excitata turris est marmorea, collocata in lateribus singulis venti imagine contra suum cuiusque flatum. In turris demum vertice metallis præsto erat prominentia, superincumbente Tritone æneo, dextra virgam intendente, quæ flantis venti imaginem indicaret, nam ita libratus stabat Triton, ut circumagentem perpetuo spectaret ventum. Cælius lib. 20. cap. 18. Antiq. Lecti.

URBIUM, CIVITATUM, MURORUM CURA.

Huc pertinet eorumdem

EXTRUCTIO, REPARATIO.

Cum Amphion, & Zethus suspensas haberent vires Phlegyarum, ut ait Pherecydes, Thebas muris, ac turribus munitur, ut essent tutiores ad hostium incurfionibus. Fabulati sunt igitur saxa sua sponte affluisse, murumque extructum fuisse, dum Amphion lyram suaviter pulsaret. Horatius in Arte:

Diis & Amphion Thebana conditor urbis Saxa movere sono resudantis, & prece blanda Ducere quod vellet.

Natali Comes Mythol. lib. 8. cap. 15. NITOCRIS regina Assyriorum, quinque ætibus posterior Semiramide, animadvertens imperium Medorum ingens, ac turbulentum, subactaque ab his multa oppida, præmunivit

se omnibus, quam potuit maxime. Ante omnia fluvium Euphratem, qui prius mediam Babyloniorum urbem interfluens rectus erat, tortuosum reddidit, fossis superius depresso, adeo ut quandam Assyria pagum, nomine Arderica, ter inluit, & qui nunc è mari per Euphratem Sadylonem versus subvehuntur, ter ad hunc cunctum pagum applicant, idque triduo. Aggerem quoque ex utroque fluminis labro agcessit, miranda magnitudinis, & sublimitatis. Multo supra Babylonem, aliquantulum scorsum à flumine, essedit paludis eluvium, profunditate quidem ad aquam semper ducta, latitudine verò ejus quoque versus quadringentorum viginti stadiorum. Hæc fossita humus ad fluminis ripas aggesta est. Quem locum ubi depressit, crepidinem ambitus ejus lapidibus induxit. Hæc duo, ut flumen flexuosum, & lacuna tota fossa esset, ideo fecit, ut & fluvius per multos anfractus retentus, sedatior mearet: & navigationes in Babylonem essent tortuosæ, & ex ipsis navigationibus longus ambitus lacunæ exciperetur. Ad hæc, quæcumque erat regio ad invadendum opportuna, & compendiosa ex Media via, hanc intersepsit, ne Medi, commercio Assyriorum ipsius negotia cognoscerent. Herod. lib. 1. cap. 4.

SEOSTRIS rex Ægypti in omni ora, quæ à Memphiad mare spectat, frequentes à Nilo duxit fossas: quo fructibus breviori itinere, faciliusque in vectis, major rerum copia esset: simulque munit & ca loca, quibus ad Ægyptum patere hostibus ingressus posset. Antea potior ferè Ægypti pars omni aditu facilis, propter frequentes à fluvio ductas ab eo fossas, munitior, difficiliorque accessu postmodum facta est. Diodor. lib. 1. cap. 4.

Apud Thermopylas sunt Septem portas, id est, calida lavata que septem, id est, ollas, indigenæ vocant: & desuper ara Herculi extructa. Ad hos ingressus murus est ædificatus, super quem olim, præsto, id est, porta erant. Eum autem ædificaverant Phocenses metu Theffalorum. ex quo illi ex Theffotis terram Æolidem iere habitatum. Et quia Theffali combatant eos subigere, præsidio imposito turbantur: aquamque calidam ingressui induxere, ut esset lacunosus locus: omnia excogitantes, ne suam terram Theffali incurfarent. Hic tamen murus quondam extructus, à Lacedæmonis trecentis, atque sociis demum excitatus fuit, ut illic Xerxem contra Græcos proficiscentem arcerent. Herod. lib. 7.

Post victoriam ad Platæas partam, Athenienses ex Trexene, & Salamine liberos, uxoresque suas Athenas in partiam revexere: statimque curam omnem ad cingendam mœnibus urbem contulerunt, quæ Xerxes diruerat. Lacedæmonii perculsi gloria Atheniensium, quam nautico adeptam certamine ad Salaminem fuerant, suspectas eorum res, incrementaque habentes ab extruendis eos mœnibus prohibere statuerunt: contestimque legatos Athenas miserè, qui consulant, minime oportere ea tempestate mœnibus urbem muniti: si enim communi Græcorum saluti maxime periculosum esse. Id enim majoribus rursus copiis Xerxes in Græciam trajecisset, urbes occupaturum extra Peloponnesum veluti ad rem suam munitas: ex quibus assidua eruptione reliquos ubique populos infestando, ac sensim debilitando, facile posset Græcas res obtinere. Cum non audirentur legati in Senatu, ad artifices se proripiunt, jubentque evestigio, inde discedant, opusque relinquunt: tunc enim Lacedæmonii terra, marique in Græcia potentissimi erant. Themistocles consulit, rem silentio dissimulant: nam si vi contendere pertexerint, Lacedæmonios cum Peloponnesis exercitu inducto, facile per vim munitio-

nes, opulque impedituros. Legatis pollicetur, se prope diem cum quibusdam aliis Lacedæmonem venturum. Tum primoribus clam nunciat, legatos interea ex Lacedæmone exploraturum missos detineant, donec ipse Sparta redeat, & opus coeptum, quanta possent celeritate, prosequantur. Mox Spartam specie legationis profectus, conque rentibus Spartatis, quod muro circumdarent urbem, & ad erimandum Athenienses ex composito Poliarcho ab Ægina misit, inficias vixit, & mittere eos jussit ad res inficiendas: simul ut spatium ex mora excitando muro pararet, & legatos pro se obfides retinerent Athenienses. Quod evenit, nam re comperita nihil laserunt eam Lacedæmonii, sed dissimulata ira sua dimiserunt. Diod. lib. 11. Plut. & Probus in Themistocle. Frontinus lib. 1. & 1. Polyænus lib. 1. Fulg. lib. 7. cap. 3.

Eo loci, ubi Piræum cernitur, cum nulla portus commoditas haberetur, sed eo solum pro navium statione Athenienses uterentur, cui nomen tum Phalericum, angusto admodum: excogitavit ibi portum Piræum extruxit Themistocles, ut amplissimum omnium, qui in Græcia haberentur, portus efficeret.

efficeretur. Eo sperabat Athenis maris imperium sibi facile vindicaturus. In concione civibus denunciavit, se res quasdam magnas excogitasse, quæ ad statum, & incrementum Reipublicæ maxime pertinerent, quibus exequendis consultorem pariter, ac auctorem sese offerret. Cæterum divulgari eas sine periculo certo, magnoque detrimento non posse: ejus generis esse, ut nisi quam paucissimorum fidei commendari minime expediret: proinde à populo postulare, ut ei duos quocumque summa in republica fide viros seligant, eis se rem omnem perterurum. Multitudine rationibus istis adducta, duo, veluti jussit, populo ad id delecti, Aristides, & Xanthippus, æmuli ipsius. Cum his privatim Themistocles cuncta exposuisset, populo referunt: excogitata Themistoclis & præclara esse, & ad reipublicæ statum magno momento accedere, tum admodum facilia. Accepta igitur à populo rei proferenda facultate, statuit rursus per altum fallere Lacedæmonios. Jam enim pro comperito habebat, veluti in mœnium olim adificationem obstat, atque obnixè impedire studens Lacedæmonii, haud secus in portus constructione molestos Atheniensibus fore. Ergo legatos misit ad Lacedæmonios, qui doceant rebus Græciæ communibus maxime conducere, cum prorsus necessarium esse, uti portum quandam idoneum adversus futuras deinceps incurfationes, tumultuose Perfarum sibi præparent. Hæc re Lacedæmonii per legatos proposita, dum diu consultatione implicarentur ambigua, nec ad extruendum portus prohibendam magnopere intenderent, ille incredibili celeritate portum amplissimum extruxit. Diod. lib. 11.

Cum Judæites aggeres, quoque Titus Hierosolimam oppugnans extruxerat, incendissent, neque materia ad novos ædificandos suppetere, muro totam urbem triduo spatio circumdedit, opere propter celeritatem admirando, ne quis Judæorum effugere, vel commeatum in urbem importare posset, sed conclusi omnes, & fame coacti, deditionem facere cogentur. Josephus lib. 6. cap. 14. Belli Judæ.

Mare suo Mosci agrum hosti proximum per aliquot millia passuum studiosè incultum, ac desertum ut plurimum relinquunt: quo crebratim arborum, quas in solo vacuo interim enasci necesse est: densissimarumque sylvarum tanquam vallum hosti obiciunt: ita se maxime tutos contra hostiles incurfiones existimantes, si unde quam vastissimas solitudines sibi circumdederint. Rein. Heidenstein. lib. 3. bel. i. Moscov.

Quodam tempore Mediolanis mœnia sunt ab Alemannis (Friderico I. Imp.) diruta. Cives juramentum adacti, se nunquam ea instauratos, urbem principio profunda fossa munitur, se facta, & conventa violare negantes. Deinde auxiliis Imperatoris Græcorum Manuelis Comneni aucti, ipsa mœnia repositurunt. Nicetas lib. 7.

Bello Granatenfe, sub Ferdinando, & Isabella regibus, ex Alama urbe munifissima Enicus Lupides Comes Tendillanus vicinos Mauros miserè infestabat, ut neque suburbana prædia extollenti tempore, locumque daret, neque saltem intra cubiculum somnos perpetes ducere liceret. Hyems illa, quæ præcefferat, fuit pluviosa, namque putres ebibebant imbres ex stillicidiis cadentes, cum subito compagibus faxorum solatis coortuerunt, magnamque urbem partem nudam reliquere. Quod si easus tanta calamitatis ad hostium aures pervenisset, ædum erat iterum de Alama, multoque per annos regni Granatenfis excidium remoratum fuisset. Ex illa murorum ruina tantus terror militis præsidarios omnes invadit, ut ex desperatione nihil jam nisi de fuga, & de urbe deserenda cogitarent. Jussit itaque Comes Tendillanus, qua parte murus ingentem fenestram patefecerat, consutis lineis prædendi murisque, tam similem verò, ut procul aspicientibus nulla videretur esse differentia inter verum, & astimulatam. Et ne quis transfuga proderet hostibus quid intra urbem accepisset, jussit diligentius portas, & posticos custodiri, ne quisquam temerè intraret, & egrederetur, aut mœnia transiret. Jussit interea partem muri lapsam substrui non opere tumultuario, sed ex calce & cæmentis lapidibus multo firmius, quam antea fuerat. Sæpe hostium exploratores venerant, captantes ex occulto, quid apud Hispanos ageretur: sæpe etiam excursores equites urbem obque tabant: non quoniam tamen senterunt quicquam in ea parte murorum fuisse immutatam, non colorem, non speciem, non quicquam aliud, unde ruina illa posset percipi. Negriff. Dec. 2. lib. 2. cap. ultimo.

GRALONICUS Venetorum in Taurifanis legatus, de Laurentii Ceroniani, & Vitelli consilio, oppidum communiit, L. B. Theat. vit. Human. Tom. VII.

muros refecit, à turribus, quæ in his erant, veteri consuetudine altiores, superioriorem partem detrahit fossas latiores, & profundiores fecit, aggerem construxit, extra oppidum per quingentos passus terra dirigit, arbores succidit, ut nihil aut prospectui, aut ejaculandis tormentorum pills obesset. Aqua Silis fluminis, quod flumen oppidum interfluit, ut in oppido sustinere posset, quæ ab hostibus accidentibus effunderetur ad omnem circa oppidum regionem submergerdam, atque è lateribus solidissimos, cum ostiis lapideis plurimis, ad quamvis vim aquæ brevi evomendam: concamerationesque sub mœnibus, perque aggerem firmiffimas ædificavit. Quod opus magna impensa postea perfectum, expletumque ejusmodi nunc quidem est, ut neque pulchrius, & elegantius, neque aptius, atque accommodatius quicquam ullum ad oppidum muniendum, & tuendum aliis in locis ferè conspiciatur. Bemus libro 11. Hist. Ven.

Bello, quod Maximilianus Imperator contra Venetos gessit, cum ab omni latere urbis Patavina, omneque ad portas essent per oppida in agrum porrecta longo, pleraque tractu, longisque viis, quorum partem Patavini, Venetique cives animi causa magno sumptu ædificaverant, cum factis ædibus, ac fanis: ea prooppida, ne hosti receptacula, munitionesque præberent, dirui mandaverunt Veneti. Bello confecto, quia in templo Carthusianorum Maximilianus velut in propugnaculo castra metatus fuerat, & arbores hæc opes occultaverant, sæpe à tormentorum ictibus defenderant, legem levit Senatus, ut à portis, mœnibusque mille, & quingentes circa Patavium passus quoque vestus ædificia omnia eorum domini solo æquarent, arboresque cuiusque generis facerent, lateres, tegulas, marmora, ferramenta, materia aridam, viridemque, quæ vellent, asportarent: qui id intra dies præstitutos non fecisset, illius ejusmodi fisco omnia cessura: Maxime enim voluit, ea ut planities, spaciūque, ab omni re, quæ umbram faceret, effectus solida, ac resistens, nudum, vacuūque permaneret, ne Patavium ullo cum hostium commodo, aut præsidio amplius obfideri posset. Eaque postea lex ad hoc usque tempus sancta, inviolataque semper fuit. Bemus lib. 9. Hist. Ven.

Florentini, cum à Carolo V. Imperatore obfessionem expectarent, proxima mœnibus ædificia vel summæ amenitatis, diruerunt, ne venturo hosti inuani sedem præberent. Fovius lib. 27.

CONSERVATIO DEFENSIO.

Exempla non pauca ex Tit. Hostes opprimere, & petenda erunt, quatenus illi ipsi hostes oppugnandos sunt urbium, & murorum: quibus deletis, conservantur urbes. Vido similiter Tit. Consilia hostium explorare, quatenus cuniculos agere deprehendantur.

CALLICRATIDES, cum Magnesia oppugnaretur, hostibus arietes admoventibus, ipse in eo loco, ubi mœnia oppugnari non poterant, distrahens partem ex turri, observans tempus oppugnantium successiones, circumivit mœnia: & à tergo irruens, multos ex ipsis interfecit, non paucos etiam vivos cepit. Post victoriam autem mœnia rursus ædificavit. Fovius lib. 2.

Perse ad Pherechimam reginam Cyrenarum reducendam in regnum ab Aryanda Ægypti præfecto missi, cum menses octo Barcem obfedisent, mono mense cuniculis aqua valida tormenta admoventur. Sed cuniculos Faber quidam ætarius deprehendit æreo scuto hunc in modum. Circumferens illud intra murum, admovebat pavimento urbis: quod ubi cumque admovebatur, alibi, illinc è soloniis soni reddebatur: ad locum autem, qui sustodiebatur, æs clypei resonabat. Et diverso igitur fodientes Barcezi, Perfas sustofores interemerunt. Herodotus lib. 4. & Sab. lib. 8. Evn. 2.

MULTIADIS, cum ingentem Perfarum multitudinem apud Marathonem fudisset, Athenienses circa gratulationem morantes compulsi, ut festinarent ad opem urbi ferendam, quam classis Perfarum petebat. Cuique præcurritur, implefecte mœnia armatis. Perse rati ingentem esse numerum Atheniensium, & alio milite apud Marathonem pugnavit, alium pro suis opponi, circumactis extemplo nudatis, Asiam reperiunt. l. 4. c. 7.

ALEXANDER Tyrum oppugnans, ducto per mare aggere, eam peninsulam facere cogitavit. Jam aggere ubi proximo ventus Caurus vehemens obortus, operis partem everit. Tunc